DISSERTATIO JURIS PUBLICI
DE
RATIONE INTERPRETANDI LEGES IMPERII ROMANO-GERMANICI PUBLICAS,

Occas. Art. V. §. 50. & 56. Art. VIII. § 2. XVII. §. 3 Pac. Osnabr.

QUAM

CONSENTIENTE ILLUSTRI JCTORUM ORDINE


SUB PRÆSIDIO

VIRI CONSULTISSIMI ATQUE DOCTISSIMI DOMINI,

DN. CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI,

J. U. D. & in Academia Lipsiensi P.P.

IN



AUDITORIO JCTORUM

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTIT

AUTOR & RESPONDENS

M. FRIDERICUS BENEDICTUS OERTEL,

Lipſ.

AD D. XI. APR. ANNI MDCCXX.

LIPSIÆ,

LITTERIS ANDREÆ MARTINI SCHEDII.

VIRO
ILLUSTRI, MAGNIFICO
ac EXCELLENTISSIMO
DOMINO
GODOFREDO LANGIO,
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO POLONIARUM REGI A CONSILIIS AULICIS ET JUSTITIÆ, JUDICII SUPREMI AULICI ET CONSISTORII, QUOD LIPSIÆ EST, ASSESSORI, CONSULI REIPUBLICÆ LIPSIENSIS REGENTI MERITISSIMO AC GRAVISSIMO, JURECONSULTO EXIMIO,

DOMINO SUO ATQUE PATRONO OMNI VENERATIONE AC HONORE PROSEQUENDO.

VIR ILLUSTRIS, MAGNIFICE ATQUE EXCELLENTISSIME

DOMINE ET PATRONE OMNI HONORIS CULTU PROSEQUENDE.

VEnit tandem exoptata & diu efflagitata occaſio, qua devoti & devinctiſſimi animi primum atque publicum ſpecimen TIBI offerri poteſt. Adeo tua humanitas, candor, animi æquitas nobisque ſæpius declaratus affectus & benignitas nos obligatos tenebant, ut maxima nobis injecta fuerit cupiditas ad demonſtrandam, quibus poſſemus modis, obſervantiam atque pietatem. Sed veremur, ut & votis & obligationi noſtræ inſcribendo illuſtri Tuo nomini diſſertationem academicam ſatisfacere queamus, quod cum nobis minime polliceamur, intra deſiderii noſtri teſtificationem & pios conatus ſubſiſtimus. Forte & plura a nobis neque expectas neque exigis, perſpecta TIBI atque co-

gnita.

gnita virium noſtrarum tenuitate. Tantum abeſt, ut, hanc qualemcunque noſtram devotionem honori TIBI cedere poſſe, nobis perſuadeamus, ut TE potius ſupra vulgares hos, quibus alii delectantur, colendi modos poſitum eſſe agnoſcamus, quem propriis virtutibus atque meritis ampliſſimos dignitatum gradus adſcendiſſe vidimus & gratulamur. Habet tamen hæc noſtra pietas, quæ publicum aliquod deſiderabat teſtimonium, id ſingulare, ut ab omni vanitate aliena ſua ſinceritate TIBI non diſplicere queat. In eam nos abripuit confidentiam Tua humanitas Tuusq; erga nos affectus, quem multis documentis nobis patefactum magna cum injuria reticeremus, illoque nos indignos redderemus. Plures adhuc ſunt rationes, quæ præſens noſtrum inſtitutum ab omni intempeſtivæ audaciæ culpa liberare poſſunt. Non enim ſolum noſtris conatibus, laboribus atque ſtudiis faviſti, verum etiam plus quam

pater-

paternis admonitionibus & consiliis calcar addidisti, ut, si quid a nobis in praesenti dissertatione praestitum fuerit, quod TUAM aliorumque materiae dignitatem inspicientium approbationem mereatur, id ex eo respectu TIBI deberi ingenue fateamur. Et quemadmodum speramus, fore, ut in TUA erga nos benevolentia & benignitate sis perseveraturus: ita de nostra erga TE observantia & indefesso pro TUA salute atque incolumitate vovendi studio certior esse poteris, quo magis ad illam pietatem nos tam propriis rationibus, quam Reipublicae omniumque bonorum causa commoveri sentimus

TUI ILLUSTRIS ATQUE EXCELLENTISSIMI NOMINIS

Dat. Lipſ. d. 8. April.
1720.

Cultores perpetui
PRÆSES ET RESPONDENS.

PRÆFATIO.

Cum absque legum publicarum accurata inſpectione & ſolerti tractatione, vix ad ſolidam aliquam ac plenam juris publici notitiam adſpirare liceat: non inutilis labor erit inquirere, qua ratione & methodo leges noſtræ publicæ evolvi, atque explicari debeant, cum, quantum novimus utilisſima hæc doctrina eo, quo decet ordine, nondum fuerit propoſita. Quemadmodum autem regulæ bonæ interpretationis ex univerſalibus & generalibus rationalis diſciplinæ principiis maximam partem ſunt petendæ: ita ſingulares & ſpeciales obſervationes communicat legum noſtrarum publicarum propria conſideratio. Propterea viſum nobis eſt præſentem diſſertationem in quinque dividere capita, quorum primum generalia circa interpretationem principia excutit, alterum naturam & diverſitatem legum noſtrarum publicarum examinat: conſtitutis autem tribus interpretationis gradibus, in illis explicandis tria poſteriora capita verſantur. Ex his patebit, quantus hiſtoriæ apparatus, quæ negotiorum publicorum experientia, quod judicii & ingenii acumen ad genuinam legum noſtrarum interpretationem requiratur. Laboris hujus vaſtitas & difficultas cauſa omnino fuit, cur, cum mole commentariorum in privatas leges obruamur, magna eorum reſpectu publicarum legum ſit penuria, nondumque plena in leges imperii noſtri proſtet commentatio. GOLDASTVM animo aliquid agitaſſe, primaque illius operis manuſcripta ac inedita rudimenta Francofurti ad Mœnum apud privatos extare: ANTONIVM GVNTHERVM FRITSCHIVM tale quid pollicitum eſſe refert ERICVS MAVRITIVS *Diſſert. de Receſſibus* §. *XL*. Quæ FORSTNERVS, CONRINGIVS aliiq; foverint conſilia aut vota, latere neminem facile poteſt. Novimus quoque, VIRVM PERILLVSTREM DOMINVM AB EYBEN, *Conſiliarium intimum & Cancellarium Sereniſſ.mi Osnabur-*

nabrugensis Episcopi, Virum in omni litterarum genere, inprimis imperii nostri negotiis versatissimum, de commentario in recessuum & legum publicarum corpus cogitasse, qui sane labori par fuisset, & expectationem non tam implere quam superare potuisset. Sed verendum, ne litteratus orbis & legum publicarum studiosi hac sua spe excidant, cum *Vir Excellentissimus* jam gravissimis publicis negotiis immersus, iisque plane mancipatus, hoc labore vix defungi queat. Multa debemus doctissimo Vinariensi Secretario & Archivario, DN. JOHANNI JOACHIMO MULLERO, qui in Theatro Comitiali, cujus aliquot volumina prodiere, thesaurum pretiosissimum actorum publicorum sanctiones imperii publicas illustrantium recludere incepit, cui *doctissimo atque meritissimo Viro* & ætatem vegetam, & pronam semper occasionem nobilissimas suas lucubrationes publicæ luci committendi precamur. Non quidem desunt, qui in unam alteramve imperii nostri legem publicam & sua collectanea & meditationes congesserunt. Ita Pacem Profanam a NOBILISSIMO DN. DATTIO, Religiosam præter innumeros alios nervose & historice a B. SCHILTERO, Pacem Westphalicam a multis, inprimis OBRECHTO & HENNINGES, illustratas accepimus. Prostant in Auream Bullam diversæ & eruditæ commentationes, inter quas eminent THULEMARII & CELEBERRIMI LUDWIGII novissimi commentarii. Ad Recessus nonnullos nonnulli quædam compilarunt; & hanc operam mereri videbatur ultimus Recessus de A. MDCLIV. in quem tamen non nisi breves reperiuntur glossæ & notæ. Integrum legum nostrarum volumen nemo est aggressus, præter ANDLERUM, qui tamen magis locos communes ex recessibus & legibus imperii collegit, quam commentarium scripsit: quod ante eum fecerat NOE MEURERUS.

Hæc introductionis loco dicta sunto.

Jam ad rem.

CON-

CONSPECTVS TOTIVS DISSERTATIONIS.

CAP. I.

DE PRINCIPIIS GENERALIBVS CIRCA INTERPRETATIONEM LEGVM PVBLICARVM OBSERVANDIS.

§. VIII. De altero interpretationis gradu in legum applicatione quærendo.

§. IX. De tertio & supremo interpretationis gradu a solo legislatore dependente.

§. X. Causæ perversarum & difficilium interpretationum legis.

§. XI. Recensio instituti, nempe nos de legum publicarum interpretandarum diversis gradibus acturos esse.

Cap. II.

DE NATVRA ET DIVISIONIBVS LEGVM PVBLICARVM IN GERMANIA.

§. I. Multitudo legum publicarum. Divisio in universales & particulares.

§. II. Divisio in leges mere publicas & mixtas: de prioribus hic primario agendum.

§. III. Divisio legum publicarum in eminentiores & simplices.

§. IV. Collatio legum eminentiorum & simplicium.

§. V. Divisio in leges perpetuas & temporarias, harumque usus.

§. VI. Divisio in leges ecclesiasticas & seculares.

§. VII. Leges circa conservationem religionis latæ sunt sua natura seculares.

§. VIII. Circa res fidei nullæ leges dari possunt vel debent. Definitio generalis legum ecclesiasticarum.

§. IX. Aliæ descriptiones & diversi conceptus legum ecclesiasticarum.

§. X. Vulgaris & communis sententia de legum

legum ecclesiasticarum conditione.

§. XI. *Multitudo legum ecclesiasticarum in Germania.*

§. XII. *Antiquitas distinctionis in leges terrenas, mundanas; sacras, sanctas, ecclesiasticas & christianas.*

§. XIII. *Quid leges divinæ & ecclesiasticæ fuerint.*

§. XIV. *Historia hujus distinctionis in Germaniæ foris receptæ. De confusione negotiorum secularium & ecclesiasticorum.*

§. XV. *Varia legum ecclesiasticarum genera in Germania I.) de legibus meras religionis materias continentibus.*

§. XVI. *De exemtione Protestantium Statuum ab his legibus.*

§. XVII. *II.) Significatus & natura legum ecclesiasticarum germanicarum, res civiles & seculares continentium.*

§. XVIII. *III.) Signif. comprehendens leges ecclesiasticas res mere civiles tractantes.*

§. XIX. *Divisio legum germanicarum in scriptas & non scriptas.*

§. XX. *Connexio antecedentium cum consequentibus.*

CAP. III.

DE PRIMO INTERPRETATIONIS GRADU CIRCA LEGES PUBLICAS S. R. J. ET DE OFFICIO INTERPRETIS.

§. I. *Justitia & libertas leges publicas interpretandi ex universali legum obligatione demonstrata.*

§. II. *Mos & ritus publicandi leges imperii publicas in Statuum territoriis.*

§. III. *Argumentum licitæ legum interpretationis a prohibita legum cavillatione desumtum. Historia harum cavillationum.*

§. IV. *Origo disputationum de sensu legum publicarum ad tempora reformatæ religionis referenda.*

§. V. *Enarratio sanctionum & constitutionum contra legum perversas & contortas interpretationes ex actis publicis.*

§. VI. *Utilitas harum constitutionum: historiæ necessitas in explicandis legibus.*

§. VII. *Officium interpretis privati.*

§. VIII. *Varii hujus interpretationis modi, & fundamentum interpretationis extensivæ & restrictivæ.*

§. IX. *Regulæ generales circa hanc interpretationem: de corrupto legum sensu, & vitiosis earum impressionibus.*

§. X. *De legibus in lingua authentica legendis: recensio legum latina lingua scriptarum: de earum versionibus: de Aurea Bulla.*

§. XI. *Pax Westphalica latina lingua concepta: vitia germanicæ versionis.*

§. XII. *Quid ad interpretationem faciat tractatuum præcedentium notitia; quid protocolla? De imperii protocollis, de relationibus Ministrorum.*

§. XIII. *Requisita ad interpretationem legum publicarum.*

§. XIV. *Regulæ, quas interpres in ipso interpretationis actu observare debet: Interpres*

CAPVT IV.

DE SECVNDO INTERPRETATIONIS GRADV, QVI CONSISTIT IN APPLICATIONE LEGIS AD FACTA.

observandi: fines interpretationis judicialis ex Art. V. §. 56. Pac. Westph.

§. VI. *Exempla, quæ docent, judicia Imperii in causis dubiis decisionem a comitiis petiisse.*

§. VII. *Modus decidendi & interpretandi in causis obscuris, ex Art. XVII. §. 3. Pac. Westphal.*

CAP. V.

DE VLTIMO INTERPRETATIONIS GRADV, EOQVE SVPREMO ET NON NISI LEGISLATORIBVS IN S. R. J. COMPETENTE.

§. I. *Quando ad hanc interpretationem recurrendum.*

§. II. *Leges in comitiis sunt interpretandæ. Legum ferendarum potestas cum Statibus omni tempore communicata.*

§. III. *De modo interpretandi leges in comitiis.*

§. IV. *Diversi respectus circa interpretationem legum publicarum attendendi: modus legum sanciendarum & ferendarum norma est legum interpretandarum. Varii interpretationis modi.*


§. V. *De Interpretatione rerum, quæ ad extraneos spectant in legibus imperii publicis.*

§. VI. *Status imperii in particularibus conventionibus cavere sibi debent a sinistris legum interpretationibus.*

§. VII. *Deciditur quæstio, an etiam Deputati legum publicarum interpretandarum facultate gaudeant?*

§. VIII. *Autoritas circularium conventuum in legum interpretatione.*

§. IX. *Natura & conditio hujus interpretationis, Conclusio.*



Caput I.

PRINCIPIA GENERALIA CIRCA INTERPRETATIONEM LEGUM PUBLICARUM OBSERVANDA.

§. I.



Um leges in ſocietatibus civilibus eum in finem ferantur, ut adſit aliqua norma, quæ actiones in republica viventium dirigere poſſit, neceſſario requiritur, ut legum latarum ſenſum percipere queant cives, quia alias omnis legislatio eſſet actus ſuperfluus. Leges a negotiis, circa quæ verſantur, diſtingvuntur in *publicas* & *privatas*, quæ licet quoad eſſentialia inter ſe conveniant, ſæpius tamen propter varias circumſtantias a generali doctrina recedere & diverſam atque ſingularem naturam induere videntur. Leges enim publicæ primario ad imperii modum referuntur, & ad civitatem conſtituendam ſive conſtitutam rurſus emendandam vel mutandam ſpectant; privatæ vero demum civitate erecta a majeſtate deſcendere ſolent, ita, ut illæ conventionum, hæ vero juſſuum conditioni magis accedere ſoleant. Quæ originis diverſitas probe eſt attendenda, cum in illa non ultimum differentiæ inter jus

publicum & privatum occurrentis deprehendatur momentum, ex cujus neglecta obſervatione oritur aliqua principiorum confuſio, quæ in comparanda utriusque juris natura vagas ac non cohærentes parit conceptus.

§. II.

Per leges publicas intelligimus eas, quæ modum regendi civitatem præſcribunt, & inprimis determinant, qua ratione jura majeſtatica animam corporis politici conſtituentia exerceri & tractari debeant. Verſantur illæ circa nobiliſſimam civitatis partem, quæ ſi ſana, ſi bene ordinata eſt, morbos prævenire poteſt rerumpublicarum graviſſimos; Hæ ſunt fundamenta & ſuſtentacula civilis ſocietatis: his male jactis, in ruinam proclive eſt totum ædificium, quod privatæ leges, licet optimæ, neque erigere neque ſuſtinere valent. Publicis hic de legibus ſermo eſt, uti etiam ex inſcriptione diſſertationis patet: hæ æque ut privatæ opus habent interpretatione, & eo majorem ſæpius attentionem atque curam requirunt, quo nobilius eſt objectum, quod concernunt.

§. III.

Conſiſtit autem omnis *Interpretatio* in declaratione ſententiæ, quæ vel verbis vel factis continetur: hinc etiam *legum* interpretatio de vero ſenſu ſanctionum in republica introductarum & receptarum ſollicita eſt; publicarum vero legum interpretatio de intellectu legum civitatis fundamentalium quærit, & an publicæ rei adminiſtratio ad harum præſcriptum fiat, explicat. Quamvis autem regulæ interpretationis, quæ circa generalem hanc doctrinam dari ſolent, egregium quoq; uſum in legum interpretatione habeant & utilitatem rationalis diſciplinæ in applicatione ad reliquas ſcientias humanas oſtendant: non tamen illæ ſufficiunt, ſed peculiares & ſingulares obſervationes ex natura

natura objecti, circa quod interpretatio versatur, nascuntur, quarum etiam aliquæ sunt, quæ primario ad Legum publicarum interpretationem faciunt. In his excutiendis nostri versatur laboris scopus, cum, quantum nobis constat, hæc materia nondum ex asse & in libellis, quæ de legum interpretatione agunt, plerumque proletarie & quasi per transitum tractata fuerit.

§. IV.

Prima in omni interpretatione cura esse debet; ut quis rei interpretandæ noverit *autorem*. Interpretatio enim, quantum fieri potest, ad mentem illius respicere debet, quam si aliquando plane non assequi possimus, ipsius explicatio petenda est, juxta tritissimum illud: *quilibet verborum suorum optimus interpres.* Temeritatis est, in aperta obscuritate & ambiguitate confidenter de alienorum verborum & factorum sensu pronunciare: quæ temeritas eo gravior est, quo major nostra est obligatio stricte inhærendi loquentis sententiæ, quam necessitatem circa leges interpretandas deprehendimus. Ex quo consequitur, quod, qui legem dedit, illam proprie interpretari possit & debeat. Inseparabilis nexus est potestatis legislatoriæ & interpretantis, ita, ut, si separentur, non possint non oriri magnæ in jure confusiones & innumeræ incertitudines, quæ etiam optimas leges enervare & libidini interpretis subjicere solent. Experta illud est multo cum damno jurisprudentia romana, quæ & Legislatoris & Interpretis munera longo tempore divisa vidit, donec illa ab Imperatoribus revocata fuerunt, & in earum persona iterum conjuncta. Signum igitur male cohærentis reipublicæ est, si illi, qui leges sancire possunt, eas interpretandi facultate destituantur,

§. V.

Non tamen ad ipſum Legislatorem ſemper eſt recurrendum. Quodſi enim ſenſus ſit clarus, nullaque difficultate atque ambiguitate laborent leges, non eſt cur legislatorem de evidenti ejus ſententia quæramus. Hinc notandum eſt, quod diverſi interpretationis ſint gradus. Infimus eſt, quando quivis conceptum ſibi aliquem ex verbis eorumque recepto ſenſu de legislatoris mente facit; qua libertate omnis ratione pollens homo gaudet. Alter interpretationis gradus eſt, quando cives legibus ſubjecti voluntati legislatoris ſatisfacturi actiones ſuas ad illius præſcriptum inſtituunt & examinant. Supremus tandem eſt, quando obſcuritas & ambiguitas verborum, ſi juxta ordinarias interpretandi regulas non poteſt tolli, vel audaci quadam interpretatione removetur, vel ipſius legislatoris autoritate dirimitur. Circa hos gradus termini probe ſunt attendendi, ne confundantur. Ad primum enim quod attinet, omnibus patet, qui ingenii ſui viribus confiſi de alienorum verborum ſenſu ſtatuere audent: Illis ſane liberum eſt, mentem ſuam de propoſitæ legis ſenſu explicare, &, quantum ex conjecturis veroſimilibus aſſequi posſunt, exponere. In ſecundo caſu boni civis eſt, leges in republica introductas exacte obſervare, & ad illarum normam actiones ſuas inſtituere: Princeps quoque Magiſtratui inferiori committere poteſt, ut obſervandarum legum curam habeat, & ad ſubditorum actus attendat: imo quandoque JCtorum Collegia in hunc interpretationis gradum evehere poteſt, ut de genuino legis ſuæ intellectu, cum actionibus ſubditorum conferendo, ſint ſolliciti. Ultimum vero interpretationis genus ipſe Legislator ſibi reſervare ſolet, cum hoc ad poteſtatem legislatoriam proxime accedat, & in determinatione voluntatis obſcuræ conſi-

ſtat, circa quam privatus facile in errorem incidere & a legiſlatoris mente aberrare poteſt.

§. VI.

Quamvis autem hi gradus in legum interpretatione debeant obſervari, illudque prudentia legiſlatoria velit: experientia tamen docet, quod nihil frequentius in jure noſtro publico & privato accidat, quam ut termini harum interpretationum confundantur: unde tot difficultates in jurisprudentia oriuntur, inprimis theoriæ atque praxeos diſcordia, ex qua tandem vagum & inconſtans jus enaſcitur.

§. VII.

Operæ igitur pretium eſt, ut cujusvis interpretis officia excutiamus. Qui enim ultra primum interpretationis gradum non aſſurgere poſſunt, illi primario de verbali legis ſenſu quærant. Huc ſpectat, ut accuratam verborum legis habeant cognitionem, ne lex vitiis atque mendis deſcribentis aut typographi ſcateat, quibus nonnunquam legum noſtri codices pleni ſunt, hos nævos non facile obſervantibus iis, qui rarius fontes ipſius juris inſpicientes ex commentariis eorumque citationibus, ſæpius falſisſimis, præcipue ſapiunt, illasque in ſua ſcripta, reſponſa, conſilia, libros & diſſertationes, magna cum mentis levitate, transfundere ſolent. Hujus interpretationis primarius ſcopus eſt *propriam* ac *proximam* legis ſententiam exponere & verborum ſenſum excutere, quo neglecto, impoſſibile pene eſt, legiſlatoris mentem & voluntatem dijudicare; Hæc origo tot ineptarum opinionum, & tot communium ſententiarum, quæ frequenter verbis ipſius legis contradicunt.

§. IIX.

Ulterius progrediuntur legum interpretes, qui ad ipſam legis applicationem pergunt. Hi enim in literali legis cognitione non acquieſcunt, ſed conferen-

tes hominum facta cum legis præscripto viva quadam ratione leges interpretantur. Quemadmodum a literali legis ſenſu incipiunt, ideoque principiis interpretationis prioris innituntur: ita ad praxin legis devenientes indigent accuratiori & ſpecialiori cognitione voluntatis & intentionis legislatoriæ, ex qua verba legis mox in latiori mox in ſtrictiori ſenſu accipere, omni tamen modo legislatoris ſcopo ſatisfacere posſint. Hac inprimis interpretatione utuntur Judices & Magiſtratus inferiores, quorum vigilantiæ & curæ legum cuſtodia commiſſa eſt.

§. IX.

Tandem ſi omnia interpretationis principia ad indagandam legis ſententiam non ſufficiant, ſi obſcuritas, ſi ambiguitas absque violentia tolli nequeat, ſupereſt legislator, a quo interpretatio eſt petenda. Hanc in ſcholis Authenticam appellamus, quæ pars eſt poteſtatis legislatoriæ illamque afficit, & nemini absque propriæ poteſtatis diminutione poteſt communicari. Sed cum ipſa leges ferendi poteſtas pro diverſitate rerumpublicarum reſpectu modi multis rationibus variare posſit; ex eo quoque magna in legum interpretandarum modo obſervatur diverſitas, nihil tamen naturalius ac æquius eſt, quam ut is, qui tulit leges, eas interpretetur. Hæc tamen regula in applicatione ſæpius offendit difficultates, diviſa aliquando & non ſatis evidenti leges ferendi poteſtate.

§. X.

Obnoxiæ his incommodis ſolent eſſe leges publicæ: aliquando omne circa illas interpretandas privatorum ſtudium eſt periculoſum: aliquando multitudo leges ferentium & illorum privatæ rationes anſam diverſisſimæ interpretationi præbent & leges in varios detorquent ſenſus: aliquando ſcriptæ leges quaſi oblivioni traduntur omnemque ſuam autoritatem & interpre-

interpretationem in nudo uſu vel obſervantia poſitam vident. Ad hæc legum ſententiam percepturo eſt attendendum, ipſique caute procedendum, cum alias in magna legum copia & apparatu juris ignarisſimus eſſe posſit.

§. XI.

Hæc nos, qui in Germaniæ vivimus republica, cui nihil familiarius, quam leges condere, quarum vaſtisſima volumina noſtrum vidit ſeculum, quibusque perlegendis vix unius hominis ſufficit ætas, commoverunt, ut, aucto indies ſtudii juris publici pretio, de interpretatione legum publicarum i. e. principiis nobilisſimæ hujus ſcientiæ hauriendis quærere inciperemus. Hæc occaſio diſſertationis fuit, in qua non ignobile nec adeo tritum ſcribendi argumentum elegiſſe nobis videmur: cum tam ex generalibus interpretationis principiis quam ex noſtrarum legum publicarum natura de hac materia diſſerere velimus, quæ amplisſimum uſum in omni juris publici diſciplina pollicetur.

CAPUT II.
DE
NATURA ET DIVISIONIBUS LEGUM PUBLICARUM IN GERMANIA.

§. I.

Legum publicarum in Germania noſtra haud exiguus eſt numerus, nec omnes unius ſunt generis ac naturæ: hinc, antequam ulterius pergamus, ratio bonæ methodi requirit, ut conditionem diverſam harum legum accuratius inſpiciamus, cum poſtea de illarum interpretatione judicium ſincerius ferre posſimus. Notandum igitur, quod varia legum

publicarum

publicarum in Germania ſint genera. Primo enim aliæ leges totum imperium concernunt, & *univerſales* ſunt: aliæ modo ad partem aliquam Germaniæ ſpectant, & *particulares* ſunt: poſſumus enim Germaniam noſtram duplici modo conſiderare, vel ut integrum corpus, quod omnes imperii Status complectitur, & uno verbo *Imperium* dicitur, vel ut ex diverſis & minoribus corporibus, quæ quidem inſeparabili nexu imperio adhærent, in multis tamen negotiis ſingulares quaſi ſocietates conſtituunt, eſt compoſitum. Ita in non paucis cauſis inter corpus Evangelicorum & Catholicorum, inter Electorale, Principum &Civitatum Collegia diſtingui ſolet, cujus diſtinctionis fundamentum & in cujusvis collegii ac corporis ſingulari inſtitutione & diverſa ſæpius ratione ſtatus deprehenditur. Habent etiam Circuli in Germania noſtra privata ac propria inſtituta & peculiares leges, quæ in jurisprudentia publica non in ultimum locum ſunt referendæ.

§. II.

Quæ quidem leges publicarum nomen a ferendi modo habent, cum in publicis conventibus ſanciri ſoleant, non tamen ſemper de negotiis publicis & reipublicæ noſtræ regimen concernentibus ſtatuunt, ſed frequentius privatorum actiones resque ad privatum jus ſpectantes proponunt. Hinc forte non absque ratione ſufficienti leges noſtras publicas dividimus in *mere publicas*, quæ circa negotia imperii & ſtatuum imperii verſantur & ipſam regiminis eſſentiam ingrediuntur; in *mixtas*, quando in publicis comitiis & aliis conventibus leges actionibus ad vitam privatam relatis præſcribuntur: quæ ſanctiones frequentes ſunt & maximam ferme partem legum noſtrarum publicarum conſtituunt, & forte ſæpius compoſitæ, non quod deeſſet materia ſtatuendi de negotiis publicis,

ſed

ſed quod facilius in pangendis legibus ad privatos reſpicientibus convenire potuerunt.

§. III.

Leges mere publicæ non unius dignitatis nobis eſſe videntur: dependet autem dignitas a nobilitate materiæ, quam proponunt. Sunt enim *eminentiores* quædam, titulo *fundamentalium* legum ornatæ, quæ tam ſanctæ & cum imperii noſtri forma ſunt conjunctæ, ut non lædi posſint, niſi integrum reipublicæ ædificium periculoſisſimæ concusſioni exponi debeat. Hæ ſane Rempublicam noſtram aliquoties fatalibus diſcordiis diſſolutam rurſus ſuavisſimo vinculo colligarunt, & optandum, ut diuturnum illud ac perpetuum ſit; quod & non niſi cruenta vi & deſperata metamorphoſi frangi poſſet. Labor aliquot ſeculorum fuit germanicarum provinciarum molem in hanc formam redigere, quam DEus Patriæ noſtræ ſervet diutiſſime, cum his fundamentis publica ſalus & tranquillitas innitatur. Solida ſane ſunt, introducto quodam æqualitatis jure inter religione diſſidentes ſtatus, diviſis bene & deſcriptis majeſtatis partibus, ut nihil felicitatem & tranquillitatem Germaniæ noſtræ magis promovere queat, quam ſincerum legum fundamentalium obſervandarum ſtudium; quam ſpem nobis facit glorioſisſimi Imperatoris noſtri cognitus atque toti orbi perſpectus æquitatis ſtudioſisſimus animus, quem hactenus aliquoties in conſervandis ac tuendis legibus Imperii fundamentalibus illuſtrisſimo exemplo eſt teſtatus.

§. IV.

De reliquis legibus publicis quoque dicendum, quarum licet magna ſit & eſſe debeat autoritas, illæ tamen gradu adhuc inferiores eſſe videntur, cum non tam nobile atque perpetuum ſalutis publicæ argumentum tractent, quam illuſtres illæ leges Imperii fundamentales,

mentales, quæ turbatam nostram Germaniæ rempublicam in ordinem redegerunt, & sub quibus, inter alias Pacificationes celeberrimas, Profanam nempe de A. MCCCCXCV. Religiosam de A. MDLV. & Westphalicam de Anno MDCXLVIII. intelligimus, quarum in actis Imperii publicis plerumque cum elogio fit mentio. Quamvis enim reliquæ multa quoque salutaria & utilia disponant, non tamen immediate ad reipublicæ nostræ fundamenta se referunt, quæ memoratis legibus ita superstructa sunt, ut, illis ruentibus, antiqua Imperii forma maximo in periculo versetur.

§. V.

Hinc *a materia*, quæ in legibus publicis continetur, rursus eas non male dividimus in *temporarias* & *perpetuas*: plenæ sunt negotiorum transeuntium leges nostræ, quod neminem latere potest, qui nostrarum legum Codices leviter inspexit. Hæ vix alium usum habent, quam ut, obvenientibus iisdem casibus, exemplaris instar sint, & tam in modo tractandi, quam in ipsa decidendi ratione in exemplum vocari queant: aliquando & conclusionibus derivandis occasionem præbent, ita ut usus earum aliquo modo perpetuus sit, licet alias præter illum casum, in quem conceptæ fuerunt, non facile patiantur extensiones.

§. VI.

Hic occurrit decantata legum divisio in *ecclesiasticas* & *seculares*, quæ variis modis ad Imperii nostri statum publicum applicari potest. Diversus hujus divisionis sensus est. Leges seculares versantur circa actiones civium, quatenus ad vitam civilem & terrestrem sunt referendæ, quem sensum satis clarum facit SECULI vox, quam a scriptoribus Christianis non ineleganter pro MUNDO sumtam fuisse deprehendimus. Omnes igitur leges, quæ a civili potestate feruntur,

runtur, Seculares sunt, cum facultas hominum leges ferendi ulterius assurgere nequeat, & proprie leges aliæ ab illa descendere non possint, quam quæ præsentem hominum vitam concernunt.

§. VII.

Cum autem quietis publicæ atque felicitatis primaria basis sit *Religio*, & sine illa consistere posse civitatem, aut securam esse vix asseri queat, opus sane habet Legislator, ut circa custodiendam & defendendam religionem sanciat leges, quæ, cum essentiam religionis non ingrediantur, sed circa externa modo versentur, legum secularium naturam perpetuo retinent. Hæ a Majestate, quæ omnium legum radix est, proficisci debent, aut, si aliunde veniant, si a corrivali quadam potestate originem trahant, morbum reipublicæ inferunt, eamque bicipitem efficiunt, ex quo dissensiones, collisiones, insidiæ & bella sacerdotii cum imperio originem trahere solent.

§. VIII.

Quod enim ad ipsius religionis essentiam attinet, ea nullas fert leges humanas. Religio consistit in agnitione & executione officiorum, quæ supremum numen ab hominibus observari cupit. Prius actus est intellectus, qui cogi nescit, posterius mediis quidem coactivis ad edendam obsequii speciem obtineri potest, sed modus intentioni summi Legislatoris non est conveniens. DEus hic est legislator, autorque religionis. Venerandum DEI est nomen, fidem & obsequium liberum, non coactum, poscit. Ex hoc certum est, summam in republica potestatem, quæ nullo in conscientias Imperio gaudet, proprie nullas alias, quam seculares posse condere leges. Interim enatus sensim fuit iste error, religionem opus habere legibus; quas ab initio modestioribus insignivere nominibus, qui potestatem circa res sacras sanciendi leges

ambiebant, qui etiam succeſſu temporis, excluſis Laicis, illam obtinuerunt. Sunt igitur leges eccleſiaſticæ, in generaliori conceptu, *conſtitutiones, quæ ad religionem referuntur, eamque pœnis humanis ſubjiciunt.*

§. IX.

Solet tamen hæc vox adhuc in diverſis ſenſibus accipi: non enim ſolummodo lex eccleſiaſtica dicitur, quæ circa ipſius religionis primario autem credendorum capita verſatur: qui ſenſus, ni fallimur, eſt antiquisſimus, & admodum ſpecioſus, cum ille Clericis, de ſtabilienda poteſtate quadam hierarchica ſollicitis, egregie inſerviret; ut a Laicis, tanquam minus verſatis in rebus religionis, facultatem ſtatuendi circa religionis materiam ſoli impetrarent. His fundamentis jactis, facile erat Laicos ab omni regimine Eccleſiæ innumeris artibus excludere & ingentem catalogum rerum eccleſiaſticarum, quarum maxima pars ſua natura ad ſecularia negotia pertinebat, efficere; qua ratione poteſtatem ſuam legislatoriam admodum extendebant Clerici: hinc in hoc ſenſu leges eccleſiaſticæ ſunt *conſtitutiones circa res, quæ vel ad internam religionis ſtructuram, vel ad externum eccleſiæ regimen, vel ad negotia ex præjudicio pro eccleſiaſticis habita ſpectant, latæ ab iis, qui poteſtatem circa ſacra leges ferendi aut habent, aut ſibi aſſeruerunt.*

§. X.

Invaluit tandem iſte loquendi mos, ut omnes ſanctiones, quæ eccleſiam vel ſolo nomine attingunt, ab eccleſia & religione nomen acciperent, quamvis, ſi in illarum naturam inquiramus, de negotiis profanis & ſecularibus agerent. In hoc ſenſu legem eccleſiaſticam ſumimus *pro quavis ſanctione, quæ ſtatum eccleſiæ civilem & politicum in hac vel illa republica concernit, lata & facta, vel per modum legis, vel per modum*

dum conventionis, ab iis, qui hac sanciendi facultate polluerunt.

§. XI.

Hæc jam generaliter dicta ad Germaniæ nostræ leges publicas applicari possunt. Ingentem legum ecclesiasticarum habemus apparatum, in quocunque sensu hanc vocem sumseris. Eas ad leges publicas referre nulli dubitamus, cum inter res, quæ publicum civitatis statum attingunt, non ultimum locum RELIGIO habeat. Dignissima ulteriori inquisitione hæc est materia, quam impræsentiarum illustrare & operæ pretium est & instituti fert ratio.

§. XII.

Antiquissimam esse distinctionem legum nostrarum in ecclesiasticas & seculares, clarissime veteris ævi monumenta testantur. Frequentissima in illis est divisio legum in TERRENAS sive MUNDANAS & in SACRAS, SANCTAS, ECCLESIASTICAS, & CHRISTIANAS. LEX MUNDANA sive TERRENA illa est, quæ vel legislatorem habuit Laicum, vel circa negotia pro secularibus habita occupatur. Hæc in Concilio Chalcedonensi Cap. 18. dicitur Extrinseca, quam appellationem quoque reperies in Capitulari Aquisgranensi, de Ao. 787. prout docet DUFRESNIUS in Glossario sub voce LEX MUNDANA. Harum legum curam agebant Missi Regii v. Karoli M. Capitula. d. Ao. 802. data Missis Dominicis apud BALUZ. *in Capitular.* Tom. I. p. 375. Cæterum hæc appellatio non semper uno in sensu venit, quod existimat BALUZIUS *in notis ad libr. capitul.* p. 1127. qui arbitratur, per legem mundanam intelligi omnes leges civiles, quæ tum in usu erant in regno Francorum. Salicam scilicet, Longobardam, Gundobardam & cæteras. Licet enim negare nolimus, generali hoc elogio omnes Laicorum Leges a Clericis

citari, prout in innumeris pene locis invenimus, etiam apud IVONEM. in Epist. CCLXXX. p. m. 487. *alioquin*, inquit, *de conjecturis aliquem reum fieri nec LEGES MUNDANÆ concedunt, nec DIVINÆ. conf. BALUZ. ad Reginonem p. 576.* Aliquando tamen legi divinæ, quam sacræ literæ exhibent, contradistinguitur: aliis in locis observatur distinctio inter leges divinas & humanas & capitula Imperatorum v. *Capitular. Caroli Calvi* d. Anno 860. cap. 6. *Et qui præsumpserit, secundum leges divinas & humanas & secundum capitula Imperatorum ac prædecessorum suorum hoc emendare cogatur.* Non tamen desunt exempla, quæ, titulum legum mundanarum ipsis capitularibus datum fuisse, ostendunt. v. Capitular. Caroli Calvi d. Anno 864. cap. 9. *De quo sacramento, quicunque comprobatus fuerit perjuratus, & secundum* LEGEM MUNDANAM, *ut perjurus puniatur, sicut in capitulari decessorum ac progenitorum nostrorum continetur in fine capituli decimi ex tertio libro & secundum legem ecclesiasticam publicæ pœnitentiæ subigatur.* Eadem ratione Droco Episcopus Bellovacensis in epistola ad IV. Coepiscopum suum scribit: *leges quoque mundanæ in capitularibus præcipiunt hujusmodi aut capitali sententia puniri* &c. vid. BALUZII *Appendicem Actor. veter. ad Capitul. Tom. II. p.* 1549. De aliis legibus non raro eadem occurrit appellatio: ita LEX GOTHICA mundana dicitur in confirmatione legis Caroli de compositione sacrilegii edita coram Hludovico Rege & Episcopis LIII. in Consilio Tricassino, quæ confirmatio Codici Gothicæ legis juncta ex mandato imperatoris: *& præcipimus, ut in fine codicis legis mundanæ scribatur hæc lex.* THEODOSIANUM CORPUS eodem titulo insignitur in antiqua formula, quam in sua formularum collectione exhibet BALUZIUS Capitul. Tom. II. p. 566. *ut lex mundana Theodosiano corpore arbitratus*

arbitratus discernit. ROMANÆ LEGES hac quoq; ratione citantur, cujus exemplum videre potes in Epistola Synodica, quam Episcopi plurimarum provinciarum apud Duziacum, Remensis parochiæ congregati ad episcopos provinciarum Aquitaniæ regionis miserunt, in qua sequentibus verbis utuntur: *quædam terrena lex in romana republica permittit &c.* v. HARDUIN. CONCIL. *Tom. VI. Part. I. p.* 143. In Concilio quoque secundo Hispalensi cap. 1. & 3. codex juris civilis laudatur sub nomine LEGIS MUNDIALIS.

§. XIII.

E contrario leges illæ, quæ a Clericis originem traxerunt, per excellentiam LEGES DIVINÆ, ECCLESIASTICÆ & SANCTÆ fuerunt appellatæ. Nam quemadmodum ipsi appellationi inest singularis quædam emphasis clericalem ambitionem spirans, ita, si doctrinas & opiniones, quas de suis sanctionibus fovebant clerici, consideremus, facile subodorari possumus, etiam sub hac divisione latuisse arcanum aliquod reipublicæ ecclesiasticæ. Non enim solummodo leges ecclesiasticas mundanis præferebant, verum etiam has illarum censuræ & approbationi subjiciebant, quod satis testantur solennes illæ formulæ de mundanis legibus, quando canones de illis hunc in modum loquuntur: *leges, quas servat ecclesia, quas probat ecclesia, quas catholica ecclesia recipit, leges sacræ, quibus una cum sacris canonibus & decretis apostolicæ sedis sancta moderatur Ecclesia.*

§. XIV.

Celebris hæc distinctio primis statim temporibus Germaniæ Christianæ innotuit, & Clericorum ordini ad conciliandam magnam autoritatem viam stravit. Accedebat, quod, neglecto accurato conceptu, quænam negotia secularibus, quænam ecclesiasticis accensenda

ſenda eſſent, termini, pro cujusvis libidine, confunderentur, & Clerici ſub legislatoriam ſuam poteſtatem haud paucos traherent caſus, qui non niſi contortis interpretationibus foro eccleſiaſtico ſubjici poterant. Multa ex vago hoc conceptu orta ſunt incommoda, de quibus querelæ in actis Germaniæ noſtræ publicis non ſunt infrequentes, quarum ſummam in centum gravaminibus Germaniæ invenies, ſi perlegere libuerit. C. 9. 10. 11. 12. 56. 59. 60. 62. 63. 64. 65. 68. 69. 70. 71. 72. 73. & 87. Hinc quoque in Capitulationibus cæſareis Imperatoribus commendatur cura, ut a pernicioſa illa mixtura & confuſione rerum ſecularium & eccleſiaſticarum arceant Pontifices v. *CAPITUL. AT. FERD. IV. ART.* 17. Hoc enim Articulo promittebat Rex, ſe abuſus, quibus cauſæ civiles ab ordinariis judiciis ad Nuncios Apoſtolicos imo ad curiam romanam avocentur, abrogaturum, caſſaturum & ſevere interdicturum, & Fiſcali Imperiali mandaturum, ut ad aulam pontificiam confugientes notentur, &, facta contra illos denunciatione, pœna pro merita afficerentur: Gleichergeſtalt wollen wir auch etlicher Orten eingeriſſene Mießbräuch, dadurch die cauſæ civiles von ihrem ordentlichen Gericht im Heil. Röm. Reich abe und auſſer daſſelb ad Nuncios Apoſtolicos und wohl gar ad curiam romanam gezogen worden, abſchaffen, vernichten und ernſtlich verbiethen: auch unſern Käyſerlichen Fiscalen ſo wohl bey unſerm Käyſerl. Reichs-Hoff-Rathe, als Cammer-Gericht anbefehlen, wieder diejenige ſo wohl Partheyen, als Advocaten, Procuratoren und Notarien, die ſich hinführo dergleichen anmaſſen, und darinn einiger Geſtalt gebrauchen laſſen würden, mit behöriger Anklag

von

von Amts wegen zu verfahren, damit die Ubertretter den nechsten gebührend angesehen und bestraffet werden mögen. Hæc clausula, cum romanæ curiæ minime arrideret, in comitiis electoralibus Leopoldi, rogante Nuncio Apostolico, in futura Capitulatione omitti debebat, proclivi in hanc sententiam Trevirensi, qui colloquium cum Nuntio, multa & grandia pollicente, instituendum suadebat, devolutioni causarum ad sedem pontificiam peculiaribus interdictis, quæ quivis Statuum in suo territorio promulgare posset, obviam iri ratus. Reliqui autem Electores utilitatem hujus articuli agnoscentes eum ex capitulatione Ferdinandi in Leopoldinæ art. XIX. transtulerunt, qui multis capitibus in Josephina art XVIII. auctus inter alia disponit, ut inposterum accurata distinctio inter causas seculares & ecclesiasticas fieret: Daß die causæ seculares ab ecclesiasticis rechtlich distinguiret, auch die darunter vorkommende zweiffelhaffte Fälle, durch güttliche mit dem Päbstl. Stuhl vornehmende Handlung erledigt, fort der geist- und weltl. Obrigkeit einer jeden ihr Recht und Judicatur gelassen werden möge. Cum autem forte desiderata hæc distinctio nondum apparuerit, capitulationi Invictissimi nostri Cæsaris hodie regnantis Art. XIV. rursus inserta fuit.

§. XV.

Hæc de origine divisionis in ecclesiasticas & seculares aut civiles leges dicta sufficiant, cum forte satis ex adductis appareat, quam subtilem & arcanam rationem habeat hæc distinctio. Jam legum ecclesiasticarum conditionem in Germania nostra paucis contemplabimur, retenta superius. §. 8. 9. & 10. constituta differentia. Primo enim leges ecclesiasticæ meras religionis materias continent, & primario circa cre-

ca credenda versantur. Hic in diversas sententias abeunt Germaniæ nostræ Proceres diversis sacris hodie addicti. Qui enim Pontificis arbitrium in rebus fidem concernentibus, tanquam legem, agnoscunt, curiæ romanæ traditiones & decreta æstimant. Sunt tamen etiam, qui libertatis germanicæ memores Ecclesiæ germanicæ autoritatem non plane supprimi patiuntur, prælucentibus egregiis nonnullorum Imperatorum factis, quibus, definitionem rerum ecclesiasticarum non soli sedi pontificiæ reservatam esse, docuerunt. Nam, ut de nonnullis Conciliis, magna libertate, contra ipsos Pontifices agentibus, nihil dicam, cum illorum effectum eludendi occasionem invenerit aula romana, mentionem hic injiciam formulæ interimisticæ, quam Carolus V. videns difficultates Conciliorum, componi jussit, referente P. SVAVI hist. Conc. Trident. *Hac de re, in conventu ordinum propositum, delectique nonnulli, qui pio huic operi incumberent, sed cum inter delectos minime conveniret, Cæsari tandem causa tota permittitur, ab illo negotium datum Julio Pflugio, Michaeli Sidonio, & Joanni Islebio. Hi longa habita consultatione Formulam religionis composuere.* Ea quoque publicam lucem in germanica & latina lingva aspexit sub Titulo: Sacræ Cæsareæ Majestatis declaratio, quomodo in negotio religionis per Imperium usque ad definitionem Concilii generalis vivendum sit, in Comitiis Augustanis XV. Maji. Anno MDXLVIII. proposita & publicata, & ab omnibus Imperii ordinibus recepta. Moguntiæ excudebat Ivo Schœpffer. Anno MDXLVIII. In hac declaratione multa vestigia invenimus sententiæ, quam & Imperator & status Imperii, circa condendas leges ecclesiasticas, de quibus impræsentiarum sermo est, fovebant. *Quapropter*, inquit, *& horum comitiorum initio cum statibus ita egit, eosque permovit, ut insequentes*

quentes sanctorum patrum majorumque nostrorum vestigia, qui in NEGOTIIS FIDEI SEMPER AD SACRA CONCILIA RECURRERE, EISDEMQVE OBTEMPERARE SOLITI FUERE, in adhæsionem & submissionem hujus Concilii communiter consenserint, ac ulterius *suæ Majestati* LIBERUM permiserint, de christianis ac convenientibus mediis cogitare, quibus medio tempore, usque finem ac determinationem Concilii, omnes status pie ac pacifice simul vivere & habitare queant, ita ut nemo contra jus ac æquitatem gravetur. Non poterat Romanæ sedi hoc institutum placere, cum in comitiis publicis, in consessu, maximam partem personarum secularium, de rebus fidei agi, decerni & pacisci audiret. Una igitur & communis vox erat Cardinalium omnium, ut refert SCHILTERUS *de libertate Ecclesiæ Germanicæ ex Petri Suavis lib.3. Hist. Concil. Trid. p.*325. agi nunc de summa rerum, jam convulsa esse Ecclesiæ fundamenta; hic vires omnes colligendas, Principes omnes exsuscitandos, ad omnium nationum Episcopos nuncios quaqua versum mittendos, ut principio huic obstent unde sine dubio secutura esset ecclesiæ romanæ, si non eversio, saltem maxima, quam fuerit unquam, & fœdissima deformatio. Et omnino habebant, quod timerent.

§. XVI.

Plenam libertatem obtinuerunt, & in integrum quasi restituti sunt PROTESTANTES, qui videntes, differentias & dissensiones exortas neque Conciliis neque Colloquiis componi posse, sedi romanæ nuncium miserunt, & æqualia cum alteri religioni addictis jura tuiti, ad tollendum, amica conventione, dissensum prompti semper paratique sunt, leges tamen ecclesiasticas in rebus fidei sibi imponi non

permittent, & proinde in actis publicis protestari & declarare solent, se nullo modo obstringi legibus ecclesiæ romanæ, aut ullam obligationem ecclesiæ germanicæ erga sedem pontificiam agnoscere, vel se illius participes reddere velle. Luculentissimum testimonium in ipsa capitulatione cæsarea habemus, quando Imperator ad defendendam sedem pontificiam a Catholicis Electoribus adstringitur; additum enim in illo articulo ex desiderio Electorum Protestantium, quod Imperatorem minime ad hanc sedi pontificiæ præstandam advocatiam teneri voluerint, quæ limitatio primum apparet in capitulatione Maximiliani II. ex qua in reliquas translata est. v. *Capitulat. Caroli VI. Art. I. & Artic. XIV.* in fine, ubi verba leguntur: **Doch so viel diesen Articul betrifft, denen der Augspurgis. Confession zugethanen Chur-fürsten, auch ihren Religions-Verwandten, Fürsten und Ständen (die unmittelbahre Reichs-Ritterschafft mit begriffen) und deren allerseits Unterthanen, unter denen Augspurgis. Conf. Verwandten die Reformirten mit eingeschlossen, welche unter Catholischer Geist- und Weltlicher Obrigkeit wohnen, oder Landsassen seynd &c. ohnabbrüchig und ohne Consequenz, Nachtheil und Schaden.**

§. XVII.

Devenimus ad alteram significationem LEGUM ECCLESIASTICARUM, qua leges innuuntur, quæ circa regimen ecclesiasticum, personas & res ecclesiasticas disponunt. De his in comitiis publicis deliberatum sæpius fuisse, acta imperii nostri publica loquuntur. Ita Ludovicus Pius in conventu Aquisgranensi A. C. 817. celebratis, *de reformatione abusuum Cleri egit;*



& formulas canonicæ institutionis colligi & edi fecit, de quibus *LEO Ostiensis in Chronico Casinensi lib. I. cap. XVI. Ludovicus Imperator, qui cognominatus est almus vel sanctus, hujus Karoli filius, quarto imperii anno Aquisgrani in palatio, cum plurimis totius Franciæ Abbatibus religiosisque monachis conventum faciens, utilissima nostri ordinis observatione septuaginta & duo generalia capitula constituit, quæ ita fere omnia apud nos, ac si beati Benedicti regula, observantur.* conf. vita S. Benedicti Abbatis Anianensis apud BALUZIUM *in notis ad Capitularia* p. 1084. Si recentiora exempla desideres, evolve, quæ sub Sigismundo de ecclesiarum reformatione acta sunt, quamvis illa consilia felici exitu caruerint. Prostat quoque formula reformationis a Carolo V. Augustæ Vindelic. d. 14. Jun. Ao. 1548. ad deliberandum statibus ecclesiasticis exhibita, & ab eisdem probata ac recepta. Ex quibus testimoniis satis constat, leges Germaniæ publicas sæpius attigisse res ecclesiasticas.

§. XIIX.

Restat ultimo loco, ut de tertio significatu vocis legum ecclesiasticarum quædam moneamus, qui laxior est præcedentibus. In illo enim hæc appellatio tribuitur variis sanctionibus, quæ res mere civiles & politicas attingunt. Huc referimus pacta inter Germaniæ Proceres & sedem pontificiam erecta, quæ sub nomine *Concordatorum nationis germanicæ* cum sede Apostolica citari & a nonnullis leges appellari solent, quod inter alios fecit GEORGIUS BRANDEN. J. U. D. Presbyter Eystetensis & Canonicus Augustanus in jejuno & barbaro opusculo, cui titulum dedit: *Collectanea super concordatis inter sanctam sedem Apostolicam & inclytam Nationem Germaniæ.* Colon. Agrip. MDCCXVI. impresso. quæst. III. p. 13. Agunt hæc concordata de juribus, quæ Pontifici in bonis

ecclesiasticis Germaniæ exercenda fuerunt relicta, re, nisi fallor, privatam utilitatem reditusque pontificios concernente. In hac classe collocanda quoque est pax illa celeberrima Passavii nata & in Comitiis Augustanis Anno 1555. repetita, quæ, cum nihil circa fidei capita determinet, sed solummodo quietem civilem fatali bello interruptam restituat & conservari jubeat, naturam legis secularis potius habet, quam ecclesiasticæ & religiosæ. confer. egregius & multi judicii tractatus HERMANNI CONRINGII de pace civili, inter Imperii ordines, religione dissidentes, perpetuo conservanda.

§. XIX.

Hæc intricatæ divisionis in leges ecclesiasticas & seculares est enodatio, in qua prolixos fuisse nos non pœnitet. Quodsi ultimo ad primam harum legum originem respiciamus, novam differentiam animadvertimus, cum aliæ scriptæ & literis consignatæ & ordinario ac consveto more sancitæ sint, aliæ autem ex solo usu ortum trahant, in literis non reperiantur, & omnem obligandi vim ex observantia & consvetudine habeant.

§. XX.

Hæc sufficiat de divisionibus & natura legum germanicarum publicarum dixisse. Nihil forte deerit, quod distinctiori conceptui formando inservire possit. Jam de ratione interpretandi has leges agendum erit, in quo instituto rectius & ordinatius versari vix possumus, quam si tribus interpretationis gradibus, primo capite indicatis, firmiter inhæreamus: itaque in subsequenti Capite videndum erit.

CAPUT

CAPUT III.

DE PRIMO INTERPRETATIONIS GRADU CIRCA LEGES PUBLICAS S. R. I. ET DE OFFICIO INTERPRETIS.

§. I.

Liberum esse leges reipublicæ nostræ publicas interpretari, imo necesse esse, ut de vero illarum sensu solliciti simus, rationes in antecedentibus capitibus allatæ evincere possunt; cum nihil magis naturæ bonarum legum conveniat, quam ut intelligantur: unde libertas interpretandi leges bona connexione infertur. Et quemadmodum nemo dubitabit, quin hoc interpretandi jus personis publicis, aut a summis imperantibus ad custodiam legum vocatis, plene competat: ita & privatis, subditis & mediate imperio subjectis legum publicarum notitia tam utilis quam necessaria est: quod ultimum, cum non ita clarum & omnibus dubiis exemtum ac, quomodo ex eo privatorum officium leges publicas interpretandi fluat, minime manifestum sit, pluribus jam demonstrandum erit. Quid magis decet cives in Republica, quam leges semper ante oculos habere, illas diligenter tractare, earumque sensum sibi reddere familiarem? Quam turpis est ignorantia sanctionum publicarum, quæ non in unius diei usum feruntur, sed actionibus constantes & perpetuæ normæ esse debent! Et licet leges publicæ primario ad personas publicas in regimine nostri Imperii concurrentes respiciant: non tamen ab illarum studio & tractatione arcendi sunt privati; qui aliquando vel consulentes, vel nego-

tia

tia gerentes legum publicarum notitiam habere debent, quam vix in ipso negotiorum strepitu acquirere possunt. Hinc privatorum diligentia circa ipsas leges publicas interpretandas & intelligendas, citra omne periculum, versari potest, inprimis in republica, ubi e re totius civitatis esse videtur, ut regiminis forma & modus in apricum proferantur. Confirmant hanc sententiam ipsa legum publicarum in Imperio germanico contenta, quæ non semper de immediatorum statuum juribus agunt, sed sæpius mediatos quoque subditos & privatos tam respectu negotiorum publicorum, quam privatorum concernunt, prout monuimus §. 2. Cap. II. & ex ipsa inspectione legum publicarum constabit. Neque reperimus, hanc leges publicas tractandi facultatem publicis sanctionibus prohibitam: contrarium potius testantur ipsæ legum publicarum tabulæ, quas Imperator, cui earum publicatio competit, non solum ad Electores, Principes & status, verum etiam ad statuum subditos dirigere solet. v. Rec. J. de Anno 1613. §. 4. **so ermahnen und erinnern wir alle unsere und des Heil. Reiches Churfürsten, Fürsten und Stände, Unterthanen und lieben Getreuen** ꝛc. Rec. Imp. Ratisb. de Ao 1576. de renovanda ordinatione politiæ scribit, es werde derselbe sowohl **gemeinen Ständen als den Unterthanen** / zu Erhaltung guten politischen Regiments und mäßiger ehrbaren Haußhaltung durchaus nicht wenig nutzen und fruchten. Conf. **Ordnung des Land-Friedens zu Worms** d. A. 1521. §. 3. & inprimis **Handhabung des Land-Friedens** §. 20. in quo imperii Statibus injungitur: daß ihr diesen Frieden und unser Gebot mit allen Articuln und Innhalt stett

und

und fest haltet, auch durch euer Fürstenthum, Graffschafft, Herrschafft und Gebiet, und was jeglicher in Regierung und Befehl hat, mit euern Stadthaltern, Vitzthumen, Amtleuten, Pflegern, wie die Nahmen haben, auch euern Unterthanen zu halten und vollziehen ernstlich schaffet rc.

§. II.

Inde forte factum est, ut territoriorum Domini, leges Imperii publicas, per solennem promulgationem in suorum subditorum notitiam deduxerint: cujus actus varia prostant exempla, quæ tamen brevitatis studio omittimus, contenti illustri & antiquo documento nondum, quantum novimus, edito. Exhibet illud literas, quas Imperator Fridericus V. Archiepiscopo Magdeburgico A. 1471. Passavio misit, in quibus pacem communi Statuum suffragio in comitiis Norimbergensibus constitutam, sequentem in modum commendat publicandam:

Fridrich von GOttes Genaden / Römischer Keiser / zw allen zeiten merer des Reichs zw Hungarn / Dalmatien / Croatien rc. Künig / Hertzog zu Oesterreich

Erwirdiger Fürst, lieber Andechtiger. Wir senden dir hiemit den Frieden, so nechstmals zu Regenspurg durch uns in Beywesen unser und des Heiligen Reichs Churfürsten, Fürsten, Prælaten, Graven, Herrn, und Stete gemacht, und beschlossen ist. Und empfelhen darauff deiner Andacht mit diesem Brieff ernstlich gebietende, daß du denselben Frieden trewlichen haltest, vollgiest,

und uns des dein schrifftl. zusagen, als andre uns des Reichs Fürsten nach laut der Copey, so wir dir hiermit senden, zuschickest, denn auch in deinem Stifft allenthalben in den Pfarr-Kirchen offentlich auf der Cantzel verkinden lassest, und das allen deinen Suffragenern glaublich transsumbt und Vidimus senndest, und wiederum Verschreibung dem Zuhalte nach laut der obgemelten Copey von jne nemest, und uns die bey fürderlicher Potschafft schickest, jne auch ernstlich gebietest, das byden in iren Bistumben als vor berurt ist, auch verbunden und zu halten gepietten, damit dein und irenthalben der gefürdert, und nicht verhindert werde, und menniglich wisse den zu halten, und aus keinerley Unwissenheit zu entschuldigen, als die zu vorderist GOtt dem allmächtigen und dem heil. Christlichen Glauben, uns dem heiligen Reich und dir selbs des schuldig und pflichtig bist. Daran tut uns dein Andacht sunder Gevallen, mit Gnaden gegen dir zu erkennen. Geben zu Passau am Monntag nach des heiligen Creutztag Exaltationis, Anno domini CCCC. LXXImo Unsers Keyserthumbs zwenntzigsten Jare. Tenorem reversalium, quas in præsentibus literis exigit Imperator, vide in Dn. Mulleri Reichs-Tags-Theatro unter Friedrich dem V. Part. II Vorstell. II. Cap XV. p. 496. Hæc cum in finem a nobis adducta sunt, ut luculento testimonio probemus, leges Imperii publicas & olim aliquem respectum ad subditos statuum mediatos & in privata conditione constitutos habuisse. ex quo ulterius argumentari

mentari licet, non illicitam esse eorum operam, qui in evolvendis & excutiendis legibus Imperii romano-germanici publicis occupantur: cum & illæ a subditis statuum legi, coli & proinde intelligi debeant.

§. III.

Ultimum tandem argumentum licitæ interpretationis privatæ in eo quærimus, quod leges Imperii publicæ cavillatorias & sensui legum contrarias explicationes vetuerint, ex quo, vi contrariorum, concludere licet, sinceram & genuinam leges interpretandi methodum nullibi reprobatam esse. Referenda huc est dispositio *Instrum. Pac. Art. V.* §. 50. *Utriusque religionis magistratus severe & rigorose prohibeat, ne quisquam publice privatimve concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo Transactionem Passaviensem, Pacem Religiosam, vel hanc inprimis sive declarationem, sive transactionem uspiam impugnet, dubiam faciat, aut assertiones contrarias inde ducere conetur.* Quid enim ex his verbis clarius est, quam permissum esse cuivis ad firmandum legis verum & adæquatum sensum, pro ingenii sui modulo, quævis proferre? hæc enim persuasio minime contrariatur legum autoritati & sanctitati, quæ alias per malitiosas & artificiosas inversiones ac corruptiones violari solent. Huic constitutioni saluberrimæ occasionem præbuisse videntur virulenta illa scripta, quæ, erumpentibus intestinis turbis, ante triste bellum tricennale, quasi classico ad arma vocarunt multis discordiis & suspicionibus afflictam Germaniam: quod clarius patet aus der Evangelischen Stände Vorschlag zu Componirung der Gravaminum d. A. 1646. *apud Londorp. Tom VI. lib. 3. contin. cap. 30. p. 39.* Seynd nunmehro solche und dergleichen Bücher und weitaussehende Assertiones nicht unbillig publice zu verwerf-

 fen,

sen, tertio auch auff beyden Seiten bey ernster Straffe zuverbieten, daß fernerhin weder privatim noch publice in Schulen oder auff Universitæten der Religions-Fried und ietziger Vergleich, weder docendo, scribendo, disputando oder einigerley weise in Zweiffel genommen, und wie von obgemeldten Burchardo und Dillingern geschehen, auf andern unfriedfertigen Verstand gezogen werden.

§. IV.

Verosimile nobis videtur originem disputationum de legum nostrarum publicarum interpretatione a temporibus discordiæ in religione nascentis, inprimis pacis religiosæ primordiis repetere. Antea enim intactæ plerumque relinquebantur leges publicæ, seculo legibus romanis & canonicis dedito. Et vagæ ac inconstantes erant pleræque sanctiones publicæ, quæ turbulentis illis temporibus robur non exiguum ab auctorum potentia & armis habebant: donec prævia transactione Passaviensi perpetua illa & semper valitura pax Augustanis in comitiis An. 1555. constitueretur. Sed non reddebat pax illa Germaniæ nostræ plenam quietem, relicto dissidiorum fomite in Art. XVIII. qui subsequentibus turbis ansam præbuit : neque omnes reliqui hujus conventionis articuli ita plani & evidentes erant, ut in diversas sententias non potuerint detorqueri, prout experientia docuit, quam diligentissimus rerum germanicarum scriptor CHRISTOPH. LEHMANN multis exemplis demonstravit *in Actis publicis & originalibus de Pace Religionis Parte III.* von Außlegung des Religions-Friedens p. m. 316. Neque deerant inquieta ingenia, quæ gloriam in enervandis saluberrimis his transactionibus

onibus quærentes violentis interpretationibus illa quietis publicæ instrumenta onerabant, eaque variis scriptis subruere non dubitabant, inter quæ agmen ducebat personatus FRANCISCUS BURCHARDUS *de Autonomia* d. i. von Freystellung mehrerley Religion und Glauben, was und wie mancherley die seyn, was auch derhalben biß daher im Reiche teutscher Nation fürgangen, und ob dieselbe vor der Christlichen Obrigkeit möge gebilliget und gestattet werden. München 1602. Virulentus ille fœtus patrem habuerit, quem velit, sive *Erstenbergerum*, sive Colonienses, sive Gailium. v. Placcium in *Theatro Pseudonymorum*. p. 145. discordiarum perniciosissima principia disseminabat. Sequebantur *Jesuitæ Dillingenses in quæstionibus de compositione pacis inter Principes & ordines Imperii romani catholicos atque augustanæ confessioni adhærentes in comitiis Augustæ Ao. 1555. edita.* quo sophismatibus & cavillationibus plenissimo scripto pacem religiosam labefactare tentarunt. Eadem mens fuerat CASPARI SCIOPPIO, Viro & doctrina & malitia claro, qui in famoso scripto, cui titulum dederat, *Classicum belli sacri, sive Heldus redivivus, hoc est ad Carolum V. Imperatorem Augustum suasoria de Christiani Cæsaris erga Principes Ecclesiæ rebelles officio, deque veris compescendorum Hæreticorum Ecclesiæque in pace collocandæ rationibus. Ticinii* 1619. nihil egit, quam ut inhonesta de publica pace turbanda consilia ferret, quibus certe, gliscentibus jamjam mutuis inimicitiis, haud opus esse videbatur ad sufflaminandum infelix bellum, quod in patriæ nostræ viscera per sex pene lustra sæviit.

§. V.

Huic scribendi libidini obicem quidem ponere potuissent leges imperii publicæ; imo non raræ sunt

circa rem librariam constitutiones, quæ si omni tempore, servata inter scriptores diversis sacris addictos æqualitate, observatæ fuissent, multos immaturos ingeniorum otiosorum & malitiosorum proventus reprimere potuissent. v. Rec. Imp. Spirensem d. a. 1529. §. 9. Darzu sollen und wollen ꝛc. Augustanum d. a. 1530. §. 58. Und nachdem ꝛc. Erfurtensem de a. 1567 §. 61. Demnach ferner ꝛc. Spirensem d. Ao. 1570. §. 154. Wiewohl auch auff etlichen ꝛc. inprimis huc spectat dispositio Recessus Ratisbonensis d. a. 1541. §. 40. cujus verba huc apponere non supervacaneum erit: Ferner haben wir befunden, daß die Schmäh-Schrifften so im Heil. Röm. Reiche hin und wieder an mehr Orten ausgebreitet werden, gemeinem Frieden nicht wenig verhindetlich und verleßlich seyn/ auch zu allerhand Unruhe und Weiterung gelangen möchten ꝛc. Huc referenda sunt der Catholischen Churfürsten und Stände des Reiches verfaste und den 26. Maji St. v. dictirte Gravamina apud LONDORP. *Tom. V. Act. Publ. lib. I. cap.* 107. *p.* 329. §. bey dem fünfften Gravamine, daß man über den Religions-Frieden durch offene Schrifften disputire, auch Frag erwecke: wer unter denselben eigentlich begriffen? dahero solche Scripta, sonderlich das Dillingische Buch zu cassiren: ibi Romano-Catholici: da hat man öffters Catholischer seits mit grossem Mießfallen vernommen, daß über den Religions-Frieden anderseits vielmehr und allerley Disputationes und Fragen fürgebracht, und etliche resolutive, etliche problematice defendiret werden: ja es ist so gar dahin kommen, daß man nicht allein in Scholis öffent-

lich

lich in Cathedra davon profitiret, sondern auch ein jeder Student, der nur eine Probe seiner Scienz erzeigen will, aber in keines Fürsten Archiv gesehen, noch in einigen negotiis publicis gebraucht gewesen, gleich eine Disputation: de Pace Religionis, Profana, Juribus Imperatoris, Imperii Statuum, de Aurea Bulla, und andern Constitutionibus Imperii zu Pappier bringen, und in offnen Truck geben thun, wie dann alle Buchladen von solchen Scriptis voll &c. Quomodo pax Westphalica contra ejusmodi injuriosas cavillationes munita fuerit, in §. 4. monuimus. Optandum modo fuisset, ut utilissima hæc sanctio semper æquos æstimatores & judices habuisset, qui illam non in unius partis odium applicantes impunem aliorum reliquissent licentiam. Ortæ ex hoc abusu graves Protestantium querelæ in præsentibus comitiis, quæ etiam ad Imperatorem Ao. 1688. delatæ fuerunt. Res ita se habuit. Theologus quidam Pontificius P. EUSTACHIUS EISENHUT *Ordinis Prædicatorum* ediderat: treuhertzige Warnung den uhralten Römischen Catholischen Glauben fest zu behalten an alle Catholische Ehe-Gatten, so sich in Diensten Lutherischer Herrschafft befinden, und von selbiger zum öfftern Glaubens halber angefochten werden. Scatebat hic libellus multis convitiis in A.C. addictos effusis: huic opposuerat Ecclesiæ Evangelicæ Augustanæ Pastor & Senior *M. Joh. Jacobus Muller* tractatum sub titulo: Römisch-Catholischer Glaubens-Grund, auff richtige Probe gestellet, an denen dreyen Grund-Articuln von der heiligen Schrifft, Kirchen und Römischen Pabst &c. Aug. Vindelic.

Vindelic. 1686. Refutationem infelici tamen ausu in libello gelinder Ausstäuberung appellato Monachus aggrediebatur, Controversiam autem, ab Imperii fiscale, ad judicium aulicum delatam, excipiebat Imperiale rescriptum ad Magistratum Augustanum, quo severa inquisitio contra Theologum Augustanæ Confessioni addictum decernebatur. Copiam hujus rescripti vide in LONDORP. *Act. Publ. Tom.* XVI. *p.* 4. Audiebatur *Mullerus*, qui prolixam defensionem conceperat & magistratui obtulit, quam quoque apud Londorpium reperies. Hujus contenta in compendio, veraque facti species invictissimo Imperatori a magistratu Augustano referebantur; *vid. Londorp. loc. cit. p.* 58. contenta recenset MULDENERUS *in Meditat. ad Capitulat. Joseph. p.* 69. nempe in illis demonstrabant: *Librum Mulleri neutiquam ita comparatum, ut ejusmodi animadversionem mereatur, fiscalem quoque a Clero Pontificio subornatum, modum officio suo in Ordin. Camerali P. I. tit.* 16 *& R. I. de Anno* 1654. *p.* 93. *præscriptum excessisse, per mandatum vero judicii aulici insecutamque confiscationem Instr. Pac. art. V.* §. 1. *æqualitatem inter utriusque religionis addictos servandam, neglectam fuisse; imo ipsa forma processus neutiquam observata, annexa petitione de processu scilicet instituto ac per deducta vitioso & constitutionibus imperii contrario, cassando, confiscatione tollenda, ac fiscali puniendo, nec non judicio aulico accuratiorem legum publicarum observationem in materia religionis injungendo.* Ipsas vero literas exhibet integras BURGERMEISTERUS *Tom. I. Corp. juris publ. & priv. p.* 1110. His forte literis debetur, quod Capitulationi Josephinæ Art II. clausula inserta fuerit, qua cavetur, ut in censura librorum æquali jure tractentur religione dissidentes scriptores. Verba Capitulationis sunt: **auch weder unserm Reichs-Hoff-Rath, noch**

dem

dem Bücher-Commissario zu Franckfurth am Mäyn verstatten, daß jener auff des Fiscals, oder eines andern Angeben, in Erkenntnung der Processen, und dieser in Censir und Confiscirung der Bücher einem Theil mehr als dem andern favorisiren. Nisi potius, hæc verba ex monitis civitatum Imperialium ad Art. 2. projecti perpetuæ capitulationis desumta fuisse, dicere velis. *conf. capitul. Caroli VI. art* II. Præcesserat hanc dispositionem imperiale rescriptum ad Commissarios Ratisbonam directum: in quo non solum æqualitas in librorum censura observanda imperatur, verum etiam discernendas esse materias jubetur, cum non tam circa fidei dogmata, quam coercendos scriptorum excessus versari debeat Fiscalium & Commissariorum attentio: daß mehr berührte unsere Käyserliche Verordnung auff allerseits Religions-Verwandte Scribenten, und folglich auff die Catholische ohne Unterscheid angesehen, unser Käyserlicher Bücher-Commissarius auch nicht circa ipsa dogmata fidei, sondern nur dergleichen Excessen, als welche wir, bevorab wenn der Magistrat zu Franckfurth hierinnen sein Ammt nicht beobachten, oder dießfals von unserm Käyserl. Commissario discrepiren würde, von Käyserlichen Ammts halber in alle Wege abzuhelffen von uns befehlicht sey. *vid. Londorp. Tom.* 17. p. 71. & de jurisprudentia germanica publica meritissimum Dn. BURGERMEISTERUM l. c. p 1114. In recenti adhuc memoria sunt, quæ respectu *Professoris Heidelbergensis P. Pauli Usleberi* acta sunt, quorum notitiam haurire possumus ex *Anton. Fabri* Europäischer Staats-Cantzeley *Tomo XXVII. p.* 760. Et

huc quoque ſpectant conſtitutio Rudolphi II. d. Ao. 1608. & Imperatoris Caroli VI. feliciſsime hodie regnantis de a. 1715. quas invenimus apud laudatum BURGERM. *Tom. I. Corp. Jur. publ. & priv. p.* 1032. *ſqq.*

§. VI.

Tam ſevere legum publicarum, quibus nihil ſanctius eſſe debet, cavillationes interdictæ ſunt. Habent hæ perverſæ interpretationes internum aliquod & arcanum virus quieti publicæ & animorum conjunctioni exitiale. Quæ laudabiliter ad deprimendum illud ſancita & conſtituta ſunt, minime liberam illam & ingenuam leges interpretandi rationem, non de evertendo legum ſenſu, ſed confirmando potius laborantem attingunt. Vix excuſanda igitur illorum eſt negligentia, qui, in ipſius jurisprudentiæ publicæ ſtudio, parum de legum ſanctionibus ſolliciti, talem fingere ſolent rempublicam, qualem cerebro ſuo convenire credunt, &, non inſpectis aut ſuperficiarie modo tractatis legum tabulis, magna cum fiducia de arduis imperii negotiis pronunciant. Sunt alii, qui, ſola hiſtorica factorum notitia graviſsimum juris publici ſtudium abſolvi, opinantur. Sed cum plerumque alia factorum, alia juris eſſe ſoleat conditio, in prolixiſsimas de factis dilabuntur diſceptationes, quæ non raro in utramque partem, rebus inprimis valde obſcuris, diſputari poſſunt. Nam quamvis abſque hiſtoriarum lumine cœcutiamus & illo omnino ſæpiſſime indigeamus, certa tamen & evidentia juris publici principia, quæ in ſolennibus ſanctionibus reperiuntur, non ſunt negligenda, aut poſtponenda. Hæc ad vindicandum legum noſtrarum publicarum ſtudium dixiſſe ſufficiat.

§. VII.

Satis, ni fallimur, demonſtrata fuit privatorum leges Imperii noſtri publicas interpretandi libertas. Illa enim, ſi juſti termini obſerventur, non eſt prohibi-

hibita, sed potius quemvis reipublicæ nostræ civem decet leges, formam reipublicæ determinantes, legere, & illarum sensum, quantum potest, scrutari. Sed ultra primum interpretationis gradum neutiquam assurgere debet, de quo Cap. I. §. 5. & 7. pluribus fuit actum. Officium igitur nostri interpretis in sequentibus acquiescit: *a verborum sensu, nisi summa necessitate urgente, non recedat, a conjecturis nimium remotis abstineat, eamque interpretationem, quæ scopo reipublicæ nostræ, id est, conservationi quietis & tranquillitatis publicæ convenit, semper eligat, omnique cum modestia de legibus loquatur.*

§. VIII.

Varia autem sunt, quæ circa hoc interpretationis genus observanda veniunt. Hæc enim Interpretatio, vel in eruendo nudo legis sensu occupatur, vel conclusiones ex legibus, quasi ex principiis, deducit, & sub illas casus refert, qui non quidem quoad verba iis continentur, ex illarum tamen connexione fluunt: Impossibile enim est, ut leges omnes exprimant casus, in quibus earum dispositio autoritatem habere debet: Hinc de earum sensu solliciti non solum quærant, quid ipsa legum verba contineant, sed quid etiam leges velint intelligi, licet non expresserint. Sane in eo acumen interpretationis positum est. Nam verba legum capere, si sint perspicua & nulla laborent difficultate, res non magni artificii est: intelligere autem, quousque extendi, aut ad quos casus restringi debeant, plus in recessu habet. In hoc capite versandum est omni cum cautione & diligentia: & in eo facile offendunt, qui præcipitanter & non satis accurate inspectis aut inter se collatis legibus judicant: proinde priori in casu cum fiducia sequi licet legum verba, in posteriori autem non festinandum, sed lente procedendum est. Nocet hic sæpius subtilitas, & intempe-

ſtiva eſt: neque ſemper grammaticum & philoſophicum examen ſubire volunt leges noſtræ. Ita aliquando primo intuitu generaliter locutæ fuiſſe videntur, quæ non paucis exceptionibus & limitationibus ſunt obnoxiæ: ex quo patet, quanta experientia inſtructus eſſe debeat, qui in legum intimiorem ſenſum inquirere cupit, quas non ſemper ex verborum ſitu interpretabitur.

§. IX.

Nos, qui in hoc capite generales de primo interpretationis gradu proponere intendimus regulas, dum ad utrumque interpretationis genus reſpicimus, quædam ante ipſam interpretationem obſervanda, alia in interpretationis actu attendenda eſſe credimus. De ſingulis ſingulatim erit dicendum. Primum quod bonus legum interpres obſervare debet, antequam ipſius interpretationis initium faciat, textum legis interpretandæ concernit. *Ante omnia enim curet, ut illum integrum atque incorruptum habeat.* Otioſa multis hæc videbitur admonitio, in tanta editionum de legibus publicis factarum copia. Sed non hodie demum viderunt Viri docti, pleraſque editiones gravioribus ſcatere nævis, imo in illis quandoque deprehendi lacunas & omiſſiones. Notavit inſigniores quoſdam nævos ERICUS MAURITIUS *in diſſert. de Receſſibus imperii* §. 37. *&* 38. cum quo conjungendus eſt doctiſſimus JOH. WERLHOFF *in ſpecimine primo juris maxime, quo in foro Germaniæ utimur Proœm. cap.* I. §. 13. *lit. b. p.* 89. 90. *&* 91. Imo de typographorum incuria & negligentia jam jam conqueſtus eſt *Receſſ.* Imp. Spir. de a. 1526. §. 10. **Item, als ſich zu vorgehaltenen Reichs-Tagen begeben, daß die Abſchied je zu Zeiten dem rechten** *Original* **nicht gleichförmig getruckt und verkaufft worden/ wollen**

wollen wir, daß diesen Abschied dieses gehaltenen Reichs-Tags niemand trucken soll, es wäre dann durch Andresen Rücker, Mayntzischen und des Reichs Handlung Secretarien, dem Trucker, das besiegelt Original angezeiget, auch keinem Truck davon geglaubet werden, es sey dann durch ihne Andresen Rücker collationiret, auscultiret, und mit seiner Hand unterschrieben. Quod in accurate excudendis legibus nostris Studium uti summam laudem meretur, ita dolendum subito illud deferbuisse, unde tot mancis & vitiosis legum nostrarum editionibus repletæ fuerunt bibliothecæ: in quem numerum referenda quoque novissima Recessuum editio a. MDCCVII. impensis *Schönvvetteri* exclusa, quæ licet in præfatione accuratam revisionem factam fuisse jactet, nihil tamen minus præstitit, retentis bona fide prioribus erroribus atque mendis. Ne tamen hæc cum injuria dixisse videamur, asserti veritatem nonnullis docebimus exemplis. Ita in der Regiments-Ordnung zu Augspurg de a. 1500. Tit. der Türcken halb, in omnibus editionibus corruptissime legitur: Weiter haben wir nicht ohn Beschwerung unsers Gemüthes betracht und zu Hertzen genommen, wie schwerlich der Feind Christi, der Türck, sein Macht, nicht weiter / dann bießher in der Christ-gläubigen Gewalt gestärcket, cum legendum fuisset, jetzo weiter / prout correxit indefessus legum & tabularum publicarum editor Dominus LUNIGIUS in des Teutschen Reichs-Archivs *Part. gener. Contin.* p. 229. Idem Vir nobilissimus in recudendis legibus publicis nihil magis cordi habuit, quam ut a crassissimis illis nævis liberaret

leges publicas: in quo instituto non infeliciter progressus est, quod ex collatione recessuum ab ipso editorum cum antecedentibus editionibus neminem latere poterit. Et optandum esset, ut ii, quibus ea contingit felicitas, ut Archiva adire possint, emendationes corruptorum in legibus nostris locorum ederent, quo aliquando accurato legum Germanicarum codice gaudere possemus. Neque enim hic unius viri labor sufficit, neque ex uno Archivo omnia emendari possunt. Nævi enim, qui adhuc restant plurimi, sensum sæpissime evertunt, aut plane nullum admittunt. Ita corruptissimus est locus **in dem Königl. Land-Fried zu Wormbs Anno 1495.** tit. **von der Uberfahrer des Friedens Enthaltung. Auch ob jemand in diesem Land-Fried begriffen, von wes. Stands, Würden oder Wesens der wäre, Geistlich, oder Weltlich, oder nicht begriffen würde, beredt, beklagt, oder sonst beschuldigt** &c. legi enim debet **geistlich oder weltlich von yemand/ den dieser Land-Fried nit begriff, bevecht** (i. e. diffidetur) **bekrigt.** vid. DATT. *de pace imperii publ. p.* 786. & MULL. **in den Reichs-Tags-**Theatro sub Maximiliano I. **Vorstell.** II. Cap. XXXIX. p. 398. pro **bevecht,** legit **Befehdet.** Plura exempla impræsentiarum adducere non libet, quanquam in promptu sunt, cum prolata sufficiant ad demonstrandam emendationis atque correctionis necessitatem. Erit igitur e re eorum, qui leges publicas correctas & typographorum manu non depravatas legere volunt, ut recessuum editiones primas atque antiquissimas conquirant: quamvis hæc non eum in finem dicta sint, ac si primis his exemplaribus absque exceptione integritatem adscribere velimus: cum etiam inter illa occurrant,

currant, quæ magnam imprimentium focordiam in omnibus pene paginis exhibeant. Teftis eft in legibus Imperii publicis verfatisfimus JOH. DECKHERRUS *celfisfimi imperialis Cameræ judicii quondam Advocatus & Procurator doctisfimus, qui in confultat. forenf. lib. I. Cap. XI. p. 57. de inftrumenti pacis VVeftphalicæ* exemplaribus ita loquitur: Exemplaria vero typis publicis defcripta, & in fpecie Moguntina Heylliorum, fcabiofisfime & ad injuriam publicam excufa, nec in ultimis quidem, neque enim merentur, habituri. Et tamen fine vindice, Bibliotheca legislatoria germanici Imperii five Receffus ita tranfeunt a Typographis impune inquinati. Hi morbi ex temporis tractu infanabiliores fiunt: multiplicatis enim cum impresfionibus vitiis, diverfisfimisque lectionibus exortis, genuinus legum fenfus fenfim perditur, & in defperatam incertitudinem atque ambiguitatem incidit.

§. X.

Reftituto textu interpres *legem in originali atque authentica lingua contempletur.* Translationes enim atque verfiones, utut accuratisfimæ, eam fidem nunquam habent, quæ exemplari linguam, qua primitus confcriptum fuit, retinenti tribui folet. Neque una lingva plene in alterius naturam ingreditur, & vix omnis fenfus alteratio in verfione evitari poteft. Imo quam facile translator a mente autoris aberrare poteft? hinc licet non negemus, utilitatem aliquam præftare verfiones: illas tamen minime ipfi textui authentico æquiparamus, fi ad fummam rerum evolvendam perventum fuerit, hunc præferendum exiftimantes. De verfionibus illud etiam notandum, pro antiquioribus, & non multo junioribus ipfo authentico textu, validam effe præfumptionem, cum res geftæ in recenti fint memoria & plerumque mentem autorum facilius

expri-

exprimere queant & assequi, quam recentiores nonnunquam ex ignorantia errantes. Ad hæc legum publicarum interpres quoque attendat, cum nonnullæ leges publicæ in latina lingua scriptæ sint. De antiquioribus Aurea Bulla nihil dicamus, neque hic, quæ de usu latinæ linguæ in actis publicis olim frequenti a Viris doctis recensentur, repetamus; de hac materia evolvi possunt Perill. LYNCKER. in dissert. *de Idiomate Imperiali* LEHMAN in CHRONIC. SPIR. *lib. II. c. 45. & Lib. V. c. 107.* AHASV. FRITSCH. *de jure Archivi* SCHILTER *Tom. 2. Institut. Jur. Publ. Tit. 19. §. 1. sqq.* Sunt vero leges latina lingua scriptæ, quibus hodie nostra Germania utitur, AUREA BULLA & PAX WESTPHALICA. Auream Bullam in latina lingua conscriptam fuisse, communis traditio est. Rationem, cur hac lingua Carolus fuerit usus, alii investigent: THULEMAR. *de Aurea Bulla Cap VI. §. 19. sqq.* nobis ea sufficit, quod de latinæ linguæ præstantia isto ævo magna adhuc fuerit persuasio. Variæ hujus sanctionis reperiuntur versiones & manuscriptæ & expressæ, de quibus vide THULEM. *l. cit. cap. 9. p. m.* 48. SCHILTER. *Jur. Publ. Tom. 2. p. 195. & 271.* nulla tamen ex his avthentica v. *Excell.* Dn. LUDWIGII *præfat.* ad part. II. der Erleuter. §. 49. Versiones illas particulari & privato studio factas esse verosimile reddit illarum diversitas. Conjecturam hanc juvant, quæ WENCKER *in Collectis Archivi & Cancellariæ juribus* p. 54. de antiqua versione in curia Argentinensi asservata narrat, cui jungi meretur des Land-Vogts in Elsaß Ermanung an die Stadt Straßburg der gulden Bullen zu geleben Purificationis Mariæ Ao. 1356. in qua admonitione ex latino Aureæ Bullæ textu articulus de Pfalburgeris insertus legitur, cujus etiam versionem Germanicam subjunxit Præfectus Alsatiæ v.

WEN-

WENCKER. *de Ausburgeris* p. 67. His igitur versionibus, si quædam illustrationi inservire possint, uti omnino licet: ast ad probandam textui latino contrariam sententiam minus recte adhibentur.

§. XI.

Pax Westphalica nobilissima & omnium præstantissima reipublicæ romano-germanicæ lex concepta quoque latina lingua, & ex dispositione *Artic. XVII.* proxime subsecuto Recessui imperii inserta fuit *v. proœm. Rec. Imperii d. an.* 1654. Versiones, quas habemus, germanicæ nulla prorsus publica autoritate nituntur. Primo quidem hanc pacem opera Legatorum omnium germanice consignatam, postea a solo illustrissimo *Johanne Comite* OXENSTERNIO, Legato Suedico, latine translatam fuisse, refert PLACCIUS *de Scriptor. anonym.* p. 1165. quam relationem suo loco relinquimus, cum nobis ex manuscriptis & fide dignis constet monumentis, omnes hujus pacis delineationes sive projecta latinis literis concepta fuisse, lingua Germanis respectu tractatuum cum extraneis ineundorum familiari. Et non absque ratione a publica hujus legis versione abstinuerunt Proceres Germaniæ probe conscii, quantum intersit, pacis tabulas, prout conceptæ & elaboratæ fuerunt, in legum suarum corpus recipi. Versiones autem, quas habemus, privato studio factas esse, notum est: eas quoque non raro crassissime lapsas esse, inspicienti patet. Exempli loco sit Art. V. §. 26. in quo ultima verba: *atque propterea civitati Lindau, nec non Weissenburgo in Noricis reddita sorte oppignorationes imperiales ipsis ademptas illico & plenarie restituendas*: sequentem in modum translata sunt: **Und dannenhero der Stadt Lindau und Weissenburg in Nürnbergischen, bey Wiedererstattung vorigen Standes ihrige Reichs-Pfandschafften wieder einzuräumen seyn.** In paucis hisce lineolis graves errores

 commisit

commisit translator: nam primo Weissenburgum in Noricis vertit Weissenburg im Nürrnbergischen, cum reddendum fuisset im Nordgau. Gravior ejus est imperitia in transferendis vocibus: reddita sorte, bey Wieder-Erstattung vorigen Standes. Sors enim hic pecuniæ summam, non conditionem civitatis denotat. vid. *Meditat. ad. Instrum. Pac. Westphal. Specim. III. p* 315. De CONCORDATIS NATIONIS GERMANICÆ quæ Fridericus III. & Principes nonnulli Imperii cum Pontifice Nicolao V. pacti sunt, diceremus, si illas inter imperii leges publicas referre vellemus v. allerunterthänigste Vorstellung an den Käyser Leopoldum von dem Evangelischen Corpore auff dem Reichs-Tage zu Regenspurg die Dom-Pröbstl. Wahl zu Münster betreffend, worinnen zugleich berühret wird, daß die Concordata Nationis Germanicæ gäntzlich auffgehoben werden möchten, apud LUNIG. *in Archiv. Imp part. gen.* p. 56. Sed sufficiat hic modo in transitu monuisse, versionem horum Concordatorum, quam post Goldastum exhibet LIMNÆUS *in notis ad Capitulat. Caroli V. mantiss.* 8. p. 40. vitiosam esse, quod pluribus ostendit SCHILTER *in not.* §. 10.

§. XII.

Liquet inde, quam necessarium sit in accurata legum interpretatione & integrum & avthenticum textum habere: sed liquet quoque, quam paucis hæc felicitas contingat, & quot ambages, imo difficultates, deprehendat privatus, antequam ipsi venia Codices legum inspiciendi detur. E contrario illi sæpius, quibus hæc libertas data, alia, ut plerumque fieri solet, meditati, non tam anxie de necessaria legum corruptarum emendatione quærunt. Plura illis præstanda sunt, qui non tam verborum legis notitiam habere, quam

actorum

actorum publicorum inspectione, quænam & quomodo gesta sint, discere, atque in autorum mentem altius penetrare possunt. Verba legum atque conventionum plerumque evitant prolixitatem, & concisa sunt: si igitur, quid actum sit, experiri possis, optimum interpretationis præsidium habebis. Leges enim & conventiones præcedere solent tractatus: si noveris & legeris in his proposita, mentem paciscentium aut leges ferentium non poteris non assequi: sunt enim illa quasi fundamentum & fons subsecutæ legis & pacti. *Hinc proposita in tractatibus, protocolla, horum extractus, desuper tradita partibus vel tradenda Documenta aliaque consinia egregie juvant textus interpretationem.* Imo ipsi legislatores & paciscentes ad illos fontes recurrere solent. Jam tum ao. 1648. exorta quadam disputatione Cæsarei Gallis objiciebant: *quanquam non omnia ipsa conventione (Monasteriensi) exprimantur, in Protocollis tamen omnia clare exponi, ad quæ merito recurrendum, & plenior inde informatio petenda sit.* v. PUFENDORF *de rebus Suec. lib. XX.* §. 177. Non raro ejusmodi scripta concisos sensus planiores & prolixiores exhibent, de quibus exempla vide apud PUFENDORF. lib. XX. §. 109. & DECKHER. in *Consultat. forens.* Lib. 1. p. 53. sqq. Interim si vel maxime ingens horum scriptorum usus sit in legum & conventionum interpretatione, is tamen non est, ut illa ipsi legum tenori sint præferenda. His manifeste legum litteræ contradicentibus non est credendum: nam quæ finitis tractatibus conclusa & illorum tabulis continentur, definitivæ instar sunt sententiæ, a qua nullo modo recedere licet. Consistit igitur illorum usus in eo, ut quid actum, quænam desideria & prætensiones tractantium, quænam decisa, quænam affecta sed non absoluta, & quæ sententia paciscentium aut leges ferentium fuerit, inde cognoscatur. *Hinc si constitutionis verba*

sensum recipiant, quem in declarationibus, protocollis aliisq; scriptis affinibus contentum deprehendimus, ille pro vero atque genuino tenendus est. Cæterum de conditione Protocollorum publicorum hic non agendum. Evolvi possunt de avthentica Moguntinensis Protocolli autoritate HERDEN **in der Grund-Feste des Heil. Röm. Reiches Teutscher** *Nation P. II. cap. V. p.* 88. LUNIGII *Theatrum Ceremoniale Tom. I. p.* 1014. v. laud. HEIDEN. l. c. Cap. V. p. 107. in civitatum senatu eund. Cap. VI. p. 116. Non tamen silentio est prætereundum, inter desideria circa emendandos comitiorum defectus sub tit. votiren n. 18. illud quoq; occurrere votum, *ut Protocollistis certa norma & lex præscriberetur, qua in observando suo munere constringerentur.* Hæc de Protocollis & similibus scriptis, quibus jungimus Relationes & Diaria, quæ actorum publicorum historiam continent, & a commissariis ac legatis ad mittentem diriguntur, quibus autem eam non largiri possumus fidem, quam Protocollis similibusque scriptis tribuimus. Hæ enim ut plerumque unius partis sententiam modo continent, & ob multas causas suspectæ esse possunt, cum illarum autor communiter intendat, suam diligentiam & dexteritatem commendare, in quibus enarrandis homines affectibus indulgere solent: ita si adhiberi & in legum interpretatione consuli debeant, a nimia credulitate & confidentia nobis caveamus.

§. XIII.

Proinde neque hic apparatus ad perfectam omnibusque numeris absolutam interpretationem sufficiens est. Interpres enim, qui accuratum legis textum habet, qui avthenticæ linguæ gnarus est, imo cui Protocolla & similia scripta evolvere licet (paucis tamen datur adire Corinthum) reipublicæ statum probe noverit, personarumque eam moderantium inclinatio-

nationes, arcana consilia & partium studia. Quanquam enim hac notitia ad eruendum literalem sensum legis non opus habere videatur, illa tamen ad indagandos intimiores verborum recessus indiget. Verissime scribit CHRIST. FORSTNERUS in literis ad Per-Illustrem BARONEM DE BOINEBURG *Consiliarium intimum Moguntinensem*; ad explicandas leges Imperii e arumque historiam conficiendam plurima requiri: *noscenda*, inquit, *reipublicæ, quæ quoque tempore fuerit, natura, forma, facies, libertas. An unius potentia prævaluerit? quis ad comitia accedentium habitus? qui fines? quæ spes metusque? quæ causa Cæsarem ad vocandos Imperii ordines permoverit? plerumque enim aliam in publico edisserere, aliam in secreto seclusam tenere mos est. Boni publici cura an regnatricis domus commoda? necessitas an ambitio?* MULL. Reichs-Tags *Theatr. sub Maximiliano* P. II. p. 353.

§. XIV.

Et ita vidimus, ad quæ interpres debeat attendere, antequam ipsam legum interpretationem aggrediatur. Quid in interpretationis actu observare debeat, jam dicendum restat. Omnes hic repetere regulas, boni interpretis officium attingentes, supervacaneum esset:. Ut tamen illas, quæ ad explicandas nostri Imperii publicas leges proprie requiruntur, non transeamus, eas absolvi partim *agendis* partim *omittendis*, primo loco monemus. Quod ad agenda attinet, *interpres de legis natura sit sollicitus.* Ad naturam legum sequentes refero quæstiones: quis legis sit autor? an lex sit universalis, an particularis? an temporaria, an perpetua? an nova, an veteris reformatoria? an dispositiva, an permissiva, an suasoria? Hæc consideranti facile erit definire, quanta legis sit autoritas, cui præscripta & a quo observanda, in quibus casibus

do particularium utilitatem, commoda & jura attingat? His perspectis intelliget, ex quibus principiis legum istarum interpretationem petere debeat, quantum illæ inter se differant, quænam, diversis concurrentibus, sint observanda & reliquis præferenda. Ex his perget argumentari: non eadem ratione & promiscue circa diversa objecta versari leges nostras: in legibus ecclesiasticis alia favere principia romanæ ecclesiæ, a a augustanæ confessioni addictis: parcas debere esse publicas leges circa privatorum negotia, quæ melius & commodius a territorii quovis domino legibus circumscribi possunt: leges quasvis ita explicandas, ne turbetur tranquillus reipublicæ status, inprimis laborandum, ut salva semper maneat pacis Westphalicæ dispositio *arg.* §. 3. *Art.* XVII. Proinde, hac generaliter disponente, generaliter etiam & sine æquivocatione parendum exceptionemque nullam, nisi legi a. ctisve publicis publico consensu speciali insertam, fingendam, multo minus admittendam. DECKHERR Consult. forens. Lib. I. cap. XI. p. 51. & cap. XLVI. p. 146.

§. XVI.

Et hæc generalia interpretandarum Imperii nostri legum sunt principia, quæ ei adhibenda, qui de vero sanctionum publicarum sensu sollicitus est. Nunc paucis quoque *vitanda* interpreti in medium proferenda sunt. Ea unicæ regulæ includimus: *caveat interpres privatus, ne terminos primi hujus gradus excedat, & aliquando plus definiat, quam legibus continetur, aut legi contraria statuat.* Varii hic ab interprete committi possunt excessus: de manifestis & malitiosis legum cavillationibus nihil dicam. Tria sunt horum excessuum genera: 1.) quando interpres vel in invincibili, vel nondum sufficienter remota obscuritate decidit. 2.) quando in sententia ambigua temere unam

unam eligit. 3.) quando, silente omni lege, quæstionem ex ingenio proprio dirimit. Hæc qui agit, cancellos primi gradus interpretationis egreditur, ultra quos vagari privatos legum interpretes minime decet. Illustrium controversiarum arbitri haud sunt homines in pulvere scholastico delitescentes; & magna temeritas est, si quis intra privatos parietes suæ doctrinæ & scientiæ confisus de negotiis publicis non ex legibus, quod his casibus superioribus fieri nequit, sed ex ingenio judicium ferre velit.

§. XVII.

Non tamen dissensus & Disputationes, licet publicæ, infallibilia obscuritatis & incertitudinis signa sunt. Sæpius enim motas fuisse controversias contra clarissima legum verba, docuit experientia. Hinc non ex quacunque in imperio exorta disputatione legis incertitudo aut ambiguitas est præsumenda, vide *doctisfimum Imperialis Cameræ Assessorem Illustr. Dn.* LUDOLFUM *in commentatione Systematica de jure Camerali p. 48.* Tristi sane experientia edocti sumus, parum ingenii requiri ad excitandas de evidentibus legum dispositionibus rixas & fingenda, ubi nulla sunt, dubia. Hæc pro affectibus inter partes agitantur, neglecta & non audita conscientia, quæ affectatæ obscuritati non potest non contradicere. Is harum disputationum non est effectus, ut propter illas evidentia atque certitudo legum amittatur, &, quæ sunt claræ, fiant obscuræ. Facili opera hæ nubes obductæ dispelli possunt: nisi sub sole meridiano oculos claudere, noctemque adesse dicere, velis. Rebus ita se habentibus, libera manet leges publicas & perpetuas interpretandi facultas, quam in legitimis terminis constitutam nemo adimere & interdicere in animum inducet.

§. XVIII.

§. XVIII.

Ulterius huic materiæ immorari nos instituti nostri ratio non finit. Si forte aliis nimis prolixi fuisse videbimur, hanc prolixitatem dicendorum ubertati adscribant: neque amplissimam hanc materiam pro dignitate nos tractasse jactamus; tantum abest, ut illam exhausisse credamus. De secundo atque tertio interpretationis gradu in sequentibus capitibus erit agendum. Igitur pergendum ad

CAPUT IV.
DE
SECUNDO INTERPRETATIONIS GRADU, QUI CONSISTIT IN APPLICATIONE LEGIS AD FACTA.

§. I.

Leges sunt actionum normæ, eumque in finem feruntur, ut observentur. Cum igitur actiones legibus subsint, earum cum legibus convenientia est examinanda. Hoc examen aliter fieri nequit, quam per legis interpretationem, in qua dicendum, utrum actio in lege contineatur, an ad illam non sit referenda. Hinc parum inter se differunt legum interpretatio & applicatio, nisi quod posterior viva quasi sit interpretatio, &, cum plerumque publica nitatur autoritate, majus pondus illi & dignitas insit. Est autem legum applicatio vel privata, vel publica. *Privata* est, quando factorum cum lege a privato instituitur collatio: *publica*, quando persona, cui legum custodia commissa est, de actionibus respectu legum fert judicium; quod ab iis fieri solet, qui vel publica

de jure respondendi autoritate pollent, vel judiciaria potestate in republica præditi sunt, & judiciis præsident.

§. II.

De privata legum applicatione hic nihil dicendum erit; nam quæ superiori capite de interpretationis primo gradu dicta fuerunt, repetenda forent, quo labore supersedere possumus. Igitur de *publica* illa *legum applicatione* impræsentiarum sermo est: quæ iterum duplicis generis esse videtur. Alia enim in nuda facti cum lege collatione & legibus accommodato judicio consistit. Exercent hanc JCtorum Collegia eum in finem instituta, ut quærentibus de jure respondeant. Non quidem proprie hæc de legibus publicis, quoad negotia publica, respondendi facultas his collegiis concessa dici potest: cum non ita diu adhuc disputaretur, an juris publici tractatio in academiis permittenda foret: imo non deessent rationes, quæ suaderent, quominus respondendi privilegium ad casus juris publici decidendos extenderetur, cum ejusmodi decisiones plura requirere viderentur, quam legum romanarum & canonicarum reliquarumque privatarum cognitionem, ultra quam in academiis assurgere non semper licet; & in recenti adhuc memoria est, quam confusionem & peregrina principia jurisprudentiæ nostræ publicæ intulerint responsa Jureconsultorum Academicorum, de quibus vide utilissimum GUIDI PANZIROLLI *de claris LL. Interpret.* tractatum. Cum autem antecedenti capite a nobis demonstratum fuerit, neque privatos a legum publicarum studio arcendos esse, eosque non plane inidoneos harum legum esse interpretes, modo se justis terminis continere noverint: non videmus, cur non etiam Collegiis JCtorum academicis libertas de rebus publicis respondendi afferi possit, modo hoc insigni privilegio caute

caute utantur, & intra primum gradum interpretationis subsistant. Si nostræ sententiæ ulteriorem probationem desideres, evolve imperiale rescriptum ad Duces Guelferbytanos, occasione consilii a JCtis Helmstadiensibus in causa der Zünffte der Schonefahrer &c. contra Magistratum Lubecensem, in scripto Apologetico eines hochw. Raths der Käyserl. freyen und des heil. Röm. Reichs-Stadt Lübeck, Lübeck 1668. impressum, in quo verba occurrunt: Nun wissen wir uns zwar gnädigst zu erinnern, wie daß dergleichen Collegia dafür halten wollen, daß sie einem jeden auff Anfragen, rechtliche Belehrung zu ertheilen befugt: Gleichwie aber dieselbe hierbey solcher Bescheidenheit zu gebrauchen haben, daß sie nichts do minder unserer und der Stände Jura unberühret lassen, noch den Unterthanen zu gefährlichen Auffstand Ursach geben, und dahero obernannte Facultät wohl gethan haben würde, wann sie die anmaßliche Consulenten mit ihren weitaussehenden quæstionibus bald anfangs von sich abgewiesen.

§. III.

Secundo jus leges ad facta applicandi summa in imperio tribunalia exercent. Convenit illud eorum institutioni. Est enim primarius celsissimorum horum judiciorum scopus, ut leges imperii publicas custodiant, illarumque exercitium urgeant. Ita Maximilianus de erectione Judicii cameralis: Wir haben aus beweglichen Ursachen ainen gemainen Land-Frieden durch das Römische Reich und Teutsche Nation auffgericht, und zu halten gebotten, und nach-

 dem

dem derselbig an redlich, Erbar und fürderlich recht schwärlich in Wesen bestehen möchte, darumb auch gemeinem Nutz zu Fürderung und Notturfften unser und deß heiligen Reichs Cammer-Gericht = = = aufgericht und zu halten fürgenommen. v. DATT. *de pace prof.* Libr. IV. cap. I. p. 703. conf. C. O. A. 1555. P. I. Tit. 13. Die Beysitzer des Cammer-Gerichts sollen in keine Sach, sie sey so gering, als sie immer wolle, **allein auff ihr Gutbedüncken** oder eines jeden erwogene Billigkeit, oder eigenen fürgenommenen, und nicht den Rechten gemäß informirten Gewissen, sondern auf **des Reichs gemeine Recht, Abschied / und den jetzt Bewilligten** und auf diesen Reichs-Tag aufgerichten **Frieden** in Religion und andern Sachen, auch Handhabung des Friedens &c. wie solches von Alters jedem Cammer-Richter und Beysitzer auferleget und gehalten worden = = Urtheil fassen und aussprechen. Jungatur C. O. C. p. 1 tit. 19. novissimæ editionis p. 32. Hinc etiam tam Judex Cameræ, quam Assessores ad exactam legum imperii fundamentalium in suis sententiis observantiam se sacramento obligare tenentur. v. C. O. P. 1. tit. 57. Idem pene in ordinationibus excelsi judicii aulici dispositum, & quidem in Ferdinandi I. R. H. O. d. a. 1559. constituitur, ut præcipuæ leges imperii fundamentales, ad evolvendi commoditatem, in tabula, omni tempore, expositæ reperiri debeant. conf. Käysers Matthiæ R. H. O. 1617. Tit. I. §. Und weiter dann & Ferdinandi III. R. H. O. Tit I. §. 15. juramentum quoque Assessorum in laudatas leges imperii tenacissime

ſime obſervandas concipitur. v. Ferdinandi III. R. H. O. Tit. VII. Huc quoque ſpectat illa receſſuum aliarumque legum ſolennis *inſinuatio*, quæ in ſummis imperii tribunalibus fieri ſolet. Modum in hoc actu apud Cameram obſervandum prolixe refert DECKH. *in Vindic.* Tit. II. p. 20. non Archi-Cancellarium Moguntinum, ſed ſolum Invictiſſ. Imperatorem ipſum, interveniente Moguntino, copiamque tradente, atque ita *inſinuante*, Illuſtriſſimo Collegio Receſſuum imperii obſervantiam imperare; hanc poſteriorem poteſtatem cæſaream eſſe, non Archicancellarii vel Electoris. Prius Eminentisſimi Electoris officium eſſe, teſte literarum Cæſareæ Majeſt. forma ad Electorem Moguntinum: PP. Derhalben geſinnen und begehren wir an D.L. freundlich, und gnädiglich, ſie wolle dem Käyſerl. Cammer-Gerichte von ſolchem jüngſten Reichs-Abſchiede eine Abſchrifft, aus D.L. Cantzley, zuſenden laſſen, damit ſie ſich darinn erſehen, und denſelben ſo viel ſie belangen thut, gehorſamlich nachkommen, und geleben mögen ꝛc. Geben Wien d. 15. Tag Nov. 1555. Hiſce mandatis ſequi alias prioribus non adjectas, ſed ſeparatas litteras ad Imperialem cameram: Nachdem im jüngſten Reichs-Abſchied viel Articul begrieffen ſeynd, die euch berühren, und zu vollziehen gebühren, haben wir dem Ehrwürdigen N. N. Ertz-Biſchoffen zu Mäyntz ꝛc. auffgeleget, euch von ſolchem Reichs-Abſchied Abſchrifft zu zuſtellen. Und iſt darauf unſer gnädiger Befehl an euch, daß ihr ſolchen Reichs-Abſchied in allen Articuln, Puncten und Meynungen, ſo viel euch belanget, und zu vollziehen gebühret, gehorſam-

lich nachkommet und gelebet, daran erstattet ihr unsern gefälligen Willen und Meynung ARUMÆUS *de Comitiis* c. VIII. n. 105. Hanc insinuationem excipit communicatio articulorum ex recessu extrahendorum, quæ rem cameralem tangunt, a Senatu, Procuratoribus & Advocatis Cameræ, per commune Decretum facienda. v. DECKH. l cit Insignis quæstio est, an Cameræ non incumbat, sententias suas ad normam recessus dirigere, licet illius nondum facta sit insinuatio? Quamvis autem videatur, obligationem illam recessui sententias attemperandi non oriri ab insinuatione, sed generaliter & absolute Cameram obstringi ad exactam legum publicarum observantiam, veteresque hanc insinuationem nescivisse: nihilominus plerique Cameralium DD. asserunt, ante dictam insinuationem Cameram nondum de observando Recessu teneri vid. Notatorem ad RHODING. ad tit. I. p. 2. Sed nobis placet, quæ DECKH. in Vindic. Tit. II. de jure Camer. p. 21. ad decidendam hanc quæstionem proponit, nempe expeditum esse 1) non omnem legem non insinuatam vi obligatoria in imperii judicia destitui; 2 insinuationem non in lege fundari, sed observatione præscriptam & manutentam esse. Quod autem ad hanc insinuationis consvetudinem attinet, illius originem verosimiliter deducit laudat. *Deckherrus* ab initio Seculi XVI. Impetrantibus enim tunc temporis Aug. Conf. Statibus constitutiones, rescripta, mandata &c. pro se suaque religionis securitate & defensione in hoc judicio & imperio valitura, addita quoque fuit insinuatio. Huc respiciunt Transactionis Passaviensis verba §. Und soll auch alles, rc. ibi: Auch dem Käyserlichen Cammer-Gericht und Beysitzern obgemeldter Friedens-Stand zu erkennen gegeben, und bey ihren

ihren Pflichten befohlen werden, sich demselben Friedens-Stand gemäß zu halten, und zu erzeigen, auch den anruffenden Partheyen darauf, ungeachtet, welcher Religion die seyen, gebührlichen nothdürfftigen Hülff des Rechten mitzutheilen 2c. Exemplum apud GOLDAST. *Constitut. Imp. t. 2. p.* 174. & Reichs-Satzungen p. 271. Ab eo tempore hic insinuandi modus invaluit, & cautela fortior superflua non est credenda. De Capitulationibus Cæsareis judiciis imperii insinuandis expresse loqvuntur Capitulationum Tabulæ: Et quidem primum Capitulat. *Ferdinandi II.* art. XLII. insertum fuit, imperatorem tam consilio intimo, quam aulico, normæ instar in consultationibus adhibendæ, capitulationem propositurum (vorhalten) & illos sacramento obligaturum, ut capitulationem omni tempore ante oculos habeant. Idem repetitum fuit in Capitulat. FERDINANDI III. art. 51. In Capitulatione Ferdinandi IV. art. XLVIII. primum *judicii Cameralis Spirensis* facta est mentio, & ad illud quoque insinuationis necessitas expressis verbis extensa. Nihil mutatum in Leopoldina, quam quod loco vocis Hoff-Räthe, monente Legato Brandenburgico, positum fuerit Reichs-Hoff-Räthe. Art. XLVII. Conf. Capit. JOSEPHI Art XLVI & Caroli VI. in qua nonnulla fuere mutata, cum constitutum, ut etiam Cæsarei Ministri ad stricte observandam capitulationem tenerentur v. Art. XXX. Damit auch die Reichs-Hoff-Räthe, wie auch das Käyserliche Cammer-Gericht in ihren Rathschlägen, Expeditionen und sonsten sich nach dieser Capitulation richten: Sollen und wollen wir ihnen, sowohl als andern

unsern

unsern Ministris und Räthen dieselbe nicht allein vorhalten, sondern auch ernstlich einbinden, solche so viel einem jeden gebühret, jederzeit vor Augen zu haben, und darwieder weder zu thun, noch zu rathen, solches auch ihren Dienst-Eyden mit ausdrücklichen Worten einverleiben lasse. conf. *Protestatio* einiger geist- und weltlichen Reichs-Fürsten wieder die *Capitulation* Ihrer Käyserlichen Majestät, Herrn Carl des VI. apud Illustr. Aut. Der gegenwärtigen Verfassung der Käyserlichen Regierung in Teutschland p. 724. in qua verba leguntur: und dabey in tiefster Submission bitten wollen, sothane Capitulation denen Hohen Reichs-Gerichten pro sanctione pragmatica & lege imperii noch nicht zu intimiren, noch Dero Ministros darauf zu verpflichten. De effectu ejusmodi protestationis v. *Vindic. jur. Camer. Tit. II. p.* 20. add. Kayserliche Verordnung ad Cameram wegen des Baadischen Friedens Elect. Jur. Publ. Tom. 8. p. 537. seq.

§. IV.

Quæ superius de insinuatione Recessuum Cameræ imperiali facienda dicta sunt, pari pene ratione in celsissimo judicio imperiali per observantiam obtinuerunt. Fieri solet hæc intimatio nomine S. Cæsareæ Majestatis, sequentem in modum, quem refert in recessu imperii d. A. 1654 judicio laudato communicato observatum fuisse UFFENBACH de Consilio Cæsareo-Imperiali aulico, Cap. VI. p. 20. Von der Römischen Käyserlichen Majestät unsers allergnädigsten Herrn wegen, Deroselben Herrn Reichs-Hoff-

Hoff-Raths-Præsidenten und Räthen, einzuhändigen, und dabey in Gnaden anzuzeigen: Und ist denenselben vorher bekandt, was bey dem nechsten vorgewesenen Reichs-Tag zu Regenspurg sich erst allerhöchst gedacht Ihr. Kayserliche Majestät mit Churfürsten und Ständen des Reiches und der abwesenden Räthen, Bottschafften, und Gesandten für eines Schlusses und Abschieds verglichen. Wann nun solcher in offenen Truck gebracht worden, als haben Ihro Käyserliche Majestät allergnädigst vor wohlbesagtem Herrn Reichs-Hoffraths-Præsidenten und Räthen davon zu dem End ein Exemplar zu communiciren anbefohlen, daß sie sich hinfüro in allen vorfallenden Sachen und Geschäfften auch nach dem Innhalt dieses Reichs-Abschiedes richten sollen. An dem beschicht Deroselben allergnädigster Will und Meynung, und sie verbleiben denselben mit beharrlichen Käyserlichen Gnaden wohlgewogen. Sign. zu Wien unter Ihro Käyserlichen Majestät hervorgetruckten Käyserlichen Secret. Insiegel den 1. Sept. 1654.

Ferdinand Kurtz. (L.S.)

§. V.

Et ita extra omne dubium positum est, judicia imperii summa in suis consiliis atque sententiis necessario sequi debere leges imperii fundamentales, quibus cum integrum imperium, nemine excepto, obligetur, eadem ratione excelsa hæc tribunalia tenebuntur, quorum certe non ultima gloria fuerit, san-

ctiones publicas reverentia perpetua & custodia accurata prosequi & tueri. Consistit igitur illorum officium in legum applicatione ad singularia facta. Applicare autem nihil aliud est, quam causas in judicio ventilatas ad mentem legum examinare, illasque ad legum præscriptum vel pro justis, vel pro injustis declarare. Hæc autem applicatio ulterius progredi nequit, quam de mente legis constat: ubi enim leges nihil disponunt, aut ubi non percipi possunt, sileat judex & legem a legislatore & interpretationem ab autore legis expectet. Jubent illud verba *P A C. W E S T P H A L. Art. V.* §. 56. *Si quæ vero dubia circa interpretationem Constitutionum ac Recessuum Imperii publicorum occurrunt, aut in dijudicandis causis ecclesiasticis, vel politicis, inter partes supra expressas vertentibus, ex paritate Assessorum utriusque religionis, postquam in pleno etiam Senatu pari tamen semper utrinque judicantium numero examinata fuerint, contrariæ oriantur sententiæ, Catholicis quidem in unam, Augustanæ vero Confessionis Assessoribus in aliam abeuntibus, remittuntur ad comitia Imperii Universalia &c.* conf. *Art.* 8. §. 2. & reservata fuit comitiis leges interpretandi facultas in notissimo Art. *VIII.* §. 2. *Gaudeant.* in quo legum interpretandarum negotium a comitiis & omnium statuum suffragio dependere, clare disponitur.

§. VI.

Neque desunt Exempla, quod Judicia Imperii in causis dubiis a sententiis suis abstinuerint & declarationem legis ab ipsis comitiis petierint. Sæpius enim accidere potest, ut summi legislatores, quibus judiciorum conditio non semper accurate potest esse perspecta, non omnia observare soleant, quæ judici in ferenda sententia moram injectura sint. Hinc & informationem & declarationem a Comitiis impetrare poterit, exigente omnino necessitate, ut, qui judicia

exer-

exercent, a Legislatoribus dependere non detrectent. Solent autem ejusmodi dubia per modum *consiliorum* eines Bedenckens in Cancellariam Moguntinam transmitti, & ad Imperatorem statusque, tanquam Legislatores, dirigi conf. Rec. Imp. d. a. 1654. §. 136. Ita cum in Rec. Imp. d. A. 1570 in articulo von denen Arresten quædam dubia illustrissimo collegio camerali nata essent, prolixum consilium a Camera conceptum & A. 1577. ad Cancellariam Moguntinam delatum fuit, cujus initium ex actis publicis manuscriptis inserere placet: Es hätten Cammer-Richter, Præsidenten und Beysitzer bey der Constitution vom Arrest de Ao. 70. allhier zu Speyer auffgericht, aus allerhand Ursachen und Bedencken neben denen es auch viellenmalen von den Stenden selbst und andern Parthenen durch ihre Advocaten in Disputation und Streit gezogen, für eine sondre hohe Nothdurfft, daß dieselbige zu einhelligen gleichmäßigen und lauttern Verstand etlichermassen weiters *declari*rt und erklärt / fürnehmlich aber wie es mit Erkennung, Abschlagung oder Cassirung der Processen dißfalls gehalten werden soll. Sequitur tandem post prolixam deductionem petitam: Dieweil denn als hierunter als bey einer neuen und General-Constitution allerhand Bedenckens seyn will, und ohne Er. Käyserlichen Majestät und gemeiner Stende fernere Declaration nicht wohl eine richtige und beständige Gleichmäßigkeit anzustellen, wollen sich demnach Cammer-Richter, Præsident und Beysitzer in aller Gebür und Unterthänig-

 keit

keit getröſten, man werde dieſer Sache zum förderlichſten Rath finden, und einen gewiſſen nothwendigen Außſchlag geben, ſich jedermänniglich darnach wiſſen zu richten. Conferantur Dubia Cameralia in *Corporis Juris Cameralis* Appendice. De origine horum dubiorum eleganter diſſerit rerum Cameralium peritiſſimus Editor in præfat. ad citatam appendicem. Refert enim ex *dubiis cameralibus de A* 1595. cameralia dubia originem habuiſſe ex continuis mutationibus ordinationis cameralis per novas leges, quorum copia inveniendi difficultatem auxiſſet: dubiorum cameralium nomine tandem veniſſe conſulta cameræ, & ſenatusconſulta, eum in finem compilata, ut aliquando pragmaticæ imperii ſanctioni inſerri poſſent.

§. VII.

Certum, imo certiſſimum eſt, in ſimilibus caſibus, ubi evidens eſt obſcuritas, aut legum publicarum ſilentium, ad Legislatorum interpretationem & deciſionem recurrendum eſſe. Quodſi autem dubia ex ſolo diſſenſu Aſſeſſorum judicii oriantur, & non tam de ipſius legis intellectu, quam ſola applicatione, an nimirum ad præſentem caſum legis diſpoſitio trahenda ſit, quæratur, primo tentanda controverſiæ compoſitio: cui perpetua lex pacis Weſtphalicæ reſpectu judicii imperialis aulici hunc præſcripſit modum: Oritur in interpretanda lege quadam publica controverſia, in judicio aulico; diſſentiunt utriusque religionis aſſeſſores; catholici in unam, Auguſtanæ vero Confeſſionis Aſſeſſores in aliam abeunt ſententiam: examinanda eſt diſſenſio in pleno Senatu: ſed in judicando par ſit utrinque judicantium numerus: contrariæ manent ſententiæ, *deciſio remittitur ad Comitia Imperii Univerſalia.* Alter caſus eſt: diſſentiunt

unt inter se Assessores: ab utraque parte sunt ex utraque religione, qui pro sua pugnant sententia: consentiunt quidam e Catholicis cum Protestantibus & vice versa, ita tamen, ut utrinque numero sint pares, quamvis religione dispares: hoc casu, diversitate ex respectu religionis non exorta, cessat remissio ad comitia & lis terminatur juxta ordinationem cameræ, quæ P. I. c. 13. § 10. hanc definiendi rationem præscribit: Und so sichs begebe, daß die Assessores in votis spännig und in 2 Theile zerfielen, so solle alsdann die Sache oder Punct, darinnen sie streitig, an den Cammer-Richter und die andern Assessores gelangen und zu derselben Ermessenheit stehen zu solcher streitigen Sache oder Puncten, nach Gelegenheit, Größe oder Wichtigkeit derselben etliche aus denen Beysitzern zu verordnen, oder aber dieselben in dem andern Definitiv-Rath, oder so es für gut angesehen, im vollen Rath fürzunehmen, die Relationes wiederum anzuhören, und sich einer Urtheil zu vergleichen rc. v. Perill. Aut. Meditat ad Instrum. PacSpec. V. p. 793. Cæterum ex hac instrumenti pacis Westphalicæ dispositione patet, non ob quemvis dissensum in supremis Germaniæ tribunalibus exortum comitia interpellanda, & a gravioribus negotiis avocanda esse. Si enim per amicos discursus controversia inter Assessores componi possit, illaque non tam ipsius legis interpretationem concernat, quam modo de illius applicatione ad factum speciale agat, sinceritati, prudentiæ atque doctrinæ Assessorum dubium solvendum fuit commissum.

§. VIII.

Interim immutabile, firmum atque perpetuum jus leges nostras publicas interpretandi in comitiali, exclusa quavis alia, autoritate acquiescit. Omnis quoque alieno ausu facta interpretatio irrita est & nulla, si vel maxime centies vim judicati fuerit assecuta arg. Art. XVII. §. 3. Pac. Westphal. & Capitul. Caroli VI. art. XVI. Inde more suo graviter invehitur Autor medit. ad Instrum. Pac. Specim. VI. p. 875. in *Andlerum* Consiliarium aulicum asserentem, *si Imperator in causis controversis inter Status imperii unius religionis commissiones imperiales decernat, atque Commissario Catholico illas deferat, talem ordinationem Instrumento pacis non contrariari* addita responsione, ad instantiam ex illa lege desumtam, *quod hæc dispositio pacis ad effectum & observantiam nunquam deducta sit.* Si ista argumentandi ratione res confici posset, leve negotium esset, sanctam illam pacem, omnes leges omniaque pacta evertere.

CAPUT V.

DE

VLTIMO INTERPRETATIONIS GRADV, EOQVE SVPREMO ET NON NISI LEGISLATORIBVS IN S. R. J. COMPETENTE.

§. I.

RESTAT ultimus interpretationis gradus, ad quem recurrendum, quoties principia, in prioribus capitibus, de legum interpretatione, communicata, ad detegendum verum sensum non sufficiunt. His enim obscuritatem non auferentibus, nihil reliquum

quum, quam ut propria decisione dicamus, non quid sentiat, sed quid legem sentire velimus, aut ab autore impetremus, ut, cum verborum suorum optimus sit interpres, mentem suam in obscuritate verborum explicet. Unde constat, hanc interpretationem propriam esse dictorum autori, qui impræsentiarum legislator est; & ex hoc principio concludimus: *genuinam atque veram legum obscurarum interpretationem dependere a legislatore, & facultatem leges ferendi a jure leges interpretandi proprie non posse separari.* Hinc si aliquando observemus, divisa esse hæc jura, videbimus quoque inordinatum reipublicæ Statum, &, quam splendide sonet, legislatoris nomen, si illud interpretandi facultatem non complectatur, cedere interpretis titulo, qui in facultate interpretandi possidet instrumenta leges latas enervandi, & sub interpretis specie legislatoriam potestatem exercendi.

§. II.

In imperio nostro clarissime dispositum, omnique dubio exemtum est, *leges in comitiis ferendas & interpretandas* esse. Gaudeant, inquit *Art. VIII. Instr. Westphal. Pac.* sine contradictione, jure suffragii in omnibus deliberationibus super negotiis imperii, præsertim ubi leges ferendæ, vel interpretandæ. Quid clarius? quid antiquius? neque demum laudata pace ita constitutum: a primis reipublicæ initiis fuit Procerum suffragiis in sanciendis legibus suus honor, quod per tot seculorum decursum enarrare, & quæ varietates & vicissitudines inde acciderint, prolixum nimis foret, & ab aliis ex instituto fuit traditum v. BOECL. in eleganti *dissertat.* quam inscripsit *Legislator Germanus Vol. Dissert. I. p.* 283. ubi hanc materiam digne & accurate tractatam invenies. jung. MAURIT. de *recessibus* &

JOH.

JOH. JUSTI MAYERI Tract. de *jure Statuum Imperii legislatorio.*

§. III.

An idem de Jure leges interpretandi constat? Dandum hic aliquid fuit tempori & potentiæ. Feruntur leges in comitiis: conveniunt proceres, paciscuntur, promittunt, sanciunt, lex facta: abeunt, domum revertuntur, emergit casus, in quo decisio ex lege petenda, paucos negotium attingit, reliqui, quid agatur, incuriosi vim legi illatam non prius sentiunt, quam pressi incommodis inde resultantibus. Hæc aliquando legum conditio fuit: Sed quid juvat præteritorum casuum memoriam refricare? Gaudent jure suffragii in lege interpretanda Status imperii. Hinc *sola imperii comitia leges interpretari possunt*. Non Imperator, non Status imperii, sed utrique leges imperii interpretantur: hæc enim comitiorum est natura. De Imperatore clarissime loquitur Capitulatio Caroli VI. Art. 2. Keineswegs aber ohne Churfürsten, Fürsten, und Ständen auf Reichs-Tägen gleichmässig vorgehende Bewilligung änderen, vielweniger neue Ordnungen und Gesätze im Reich machen, noch allein die interpretation der Reichs-Satzung und Frieden-Schlusses vornehmen, sondern mit gesammter Stände Rath und Vergleichung auf Reichs-Tägen damit verfahren, zuvor aber darinn nichts verfügen noch ergehen lassen. confer init. Art. IV. ejusd. Capitulat. Desumta hæc verba sunt ex projecto capitulationis perpetuæ. Et jam olim nonnullis consilii esse videbatur, inserere capitulationibus cæsareis clausulam de non interpretandis legibus imperii fundamentalibus, nisi requisitis Statuum suffragiis. In deliberationibus circa Capitulatio-

nem

nem Leopoldi ad Art. II. monebat Legatus Palatini: Ihro Churfl. Durchl. hätten hierbey auch Erinnerung thun wollen, und ad Artic. 2. da vom Frieden-Schlusse gehandelt wurde, daß in Einrichtung der Capitulation unter andern versehen werden, daß eligendus der Interpretation instrumenti pacis sich nicht allein anmassen sollen, sondern da ein dubium sich ereignete, mit Zuziehung Churfürsten und Stände, auch der paciscirenden Cronen sich vergleichen, darinnen nichts verfügen, oder da was vorgegangen, cassiren wollen. Assentiebatur Ser. Brandenburgici Electoris legatus sequenti voto: So viel die Interpretation des Instrum. pacis und der Reichs-Satzungen anlanget, wiederholen sie vormalen geführtes Votum, und sey dieses von Ihro Churfürstl. Durchl. nicht zu erst auff die Bahne gebracht worden, sondern von andern berühret, lassen es bey der Meynung, daß Interpretatio Instrumenti Pacis und die Declaration derer Reichs-Constitutionen nicht anders, als mit einhelligem *Consens* derer Stände geschehen möge. Repetiit postea votum Palatinus: so viel die Interpretationem Instrumenti Pacis & constitutionum Imperii anreichet, hält man davor, daß gleichwie ein Gesetz-Geber Legem zu interpretiren, also der vorigen Reichs-Constitution Interpretation in alle Wege bey gesamten Ständen des Reiches bestehet; so viel das Westphäl. Instrum. pacis betrifft, ist solches nicht allein von Käyser und Ständen, sondern mit und neben denen paciscirenden Cronen auffgerichtet,

tet, und geschlossen, da dann ex eodem fundamento folget, daß in passibus ambiguis solches und des daraus entstehenden Reichs-Abschiedes Interpretation nicht allein dem Reiche gebühret. Ex quibus Serenissimorum Autorum Capitulationis sententia de legibus nostris publicis interpretandis colligitur.

§. IV.

Uti autem de dictis forte non dubitatur, ita, cum legum nostrarum non una sit natura, incumbit, ut ad hanc diversitatem attendamus, si interpretationis publicæ in imperio conditionem accurate inspicere velimus. Primo de legibus universalibus dicendum. Hic generalis regula est constituenda: *Modus legum sanciendarum & ferendarum norma est legum interpretandarum.* Igitur harum interpretatio duplici modo fiet, vel *per transactionem & amicabilem compositionem*, vel *per suffragiorum numerum.* Prior obtinet, quoties imperium ut unum corpus considerari nequit. Evenit illud, quando de juribus partium, imo singulorum, sermo est: Ita si quæstio oriatur de quodam jure imperatoris vel collegii Electoralis, vel principum, vel civitatum, per tractatus differentias esse componendas, docet experientia, & acta publica testantur: nulli enim Collegio potestas aliqua in alterum competit; æquali suffragii jure Status gaudent. *vid. Art. 8.* §. 1. Neque uni Statuum Constatuum votis jura quæsita auferri possunt: hinc in his casibus sola obtinet amica compositio: & non infrequentes in comitiis auditi fuerunt sermones: man würde sich sein Recht nicht abvotiren lassen. Divisit quoque imperium in duas partes diversitas religionis, & inde periclitatura reipublicæ unio nullo alio, quam æqualitatis vinculo, conservari potuit. Igitur in causis religio-

religionis, imo, quando *in aliis negotiis* Catholici & A. Confeſſ. Status in duas partes eunt, *ſola amicabilis compoſitio lites dirimit, non attenta votorum pluralitate.* Evidens eſt diſpoſitio Art. V. §. 50. n. 1. *ſi dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut ex cauſis pacem religioſam aut hanc transactionem tangentibus reſultet, de eo in comitiis vel aliis imperii conventibus inter utriusque religionis Proceres non niſi amicabili ratione tranſigatur.* Concordat § 52. ejusdem articuli, in quo verba leguntur: In cauſis religionis omnibusque aliis negotiis, ubi Status ut unum corpus conſiderari nequeunt, ut etiam Catholicis & A. C. Statibus in duas partes euntibus *ſola amicabilis compoſitio lites dirimat non attenta votorum pluralitate &c.* Tres hic caſus, conſtituuntur, in quibus majora vota non numerantur; nempe 1) in cauſis religionis, 2) in omnibus aliis negotiis, ubi Status ut unum corpus conſiderari nequeunt; 3) in negotiis, in quibus Catholici & A. Confeſſionis Status in duas partes eunt. confer. *Sacra libertatis anchora.* h. e. *analyſis §. 52. Art. V. Pac. Weſtphal.* Non obſtat ſiniſtra nonnullorum hujus §. interpretatio, cum illum ſolummodo de cauſis religionis loqui dicunt, & quæſtionem movent, *in quibus cauſis A. C. addictis liceat in partes ire?* Non autem hic de ſolis rebus eccleſiaſticis & circa has diſſentientibus Auguſtanæ Confesſionis Statibus ſermo eſt, ſed etiam, ſi illi in rebus politicis abeant a Catholicorum ſententiis. Nihil impedit, quo minus argumentum ex §. 56. Art. V. deſumamus, in quo diſpoſitum, ut diſſentientibus utriusque religionis in judicio aulico Adſeſſoribus *etiam in rebus politicis*, ita ut Catholici in unam, Auguſtanæ vero Confeſſionis addicti Aſſeſſores in aliam abeant partem, paritas utriusque Religionis Aſſeſſorum, non judicantium numerus,

I 2 atten-

attendi debeat: quæ si in judicio aulico obtinere debent, quidni in ipsis Comitiis observanda?

§. V.

Et cum imperii nostri leges fundamentales, inprimis celeberrima illa pax Westphalica, articulos complectantur, qui extraneorum jura concernunt: ab his autem minime desiderari possit, ut conclusis comitiorum se subjiciant, natura pactorum docet, in harum conventionum interpretatione, quoties dubium nascitur, eorum, quorum interest, quibusve autoribus conventio fuit inita, consensum esse necessarium. Retinent enim hi articuli pactorum conditionem; hinc ab iis, demum communi eorum, quorum interest, consensu recedi potest. Igitur de conditionibus Regi Galliæ in Pace Osnabrugo-Monasteriensi stipulatis Capitulatio Josephi art. II. ita disponit: (**der gleichwohl, als viel zu Vortheil der Cron Franckreich darinn enthalten, wegen des von jetzt besagter Cron wieder das heilige Römische Reich verübten Friedens-Bruch nunmehr zerfallen und ferners nicht mehr verbündlich ist:** quod eodem Articulo Capitulationis Carolinæ fuit repetitum. Et violenta ac crassa erat Gallorum cavillatio in Tractatibus Neomagensibus Ao. 1677. allata, Cæsarem & Status imperii ad observationem pacis Westphalicæ obstringi, etiam si Galli illi contravenerint vid. PUFENDORF. *rer. Brandeb* l. XV. §. 52. 53. 54. 55. & MULDEN. *in Meditat. ad Capitulat. Josephi* p. 59. lit. (c). Hæc quoque quin ad pacta ecclesiæ romano-catholicæ cum pontificibus erecta, præsertim ad concordata nationis germanicæ applicari queant, nulli dubitamus;

mus: hæc enim si ab una parte fuerint violata, quod frequentissime a pontifice factum, ab altera parte quoque obligationem deficere urgeri potest: quemadmodum etiam certum est, solum Pontificem harum conventionum neq; esse interpretem, neq; Germanos pontificia autoritate factas declarationes agnoscere teneri, prout illi sentiunt, qui, neglecta ecclesiæ germanicæ libertate, pontificiæ sedi adulari cupiunt.

§. VI.

Cum igitur nec Imperator unquam, neque semper majora in comitiis vota leges publicas interpretari valeant, sed superioribus paragraphis demonstratæ conditiones sint observandæ: & singuli Status nullos suscipiunt actus validos, quibus vel modo per consequentiam legibus imperii fundamentalibus & perpetuis contrariam aliquam sententiam inferre possint. Quamquam hoc nonnunquam contendendi occasionem præbere possit. Ita renuebat S. Cæs. Majestas tractatum limitaneum inter Regem Sueciæ & Electorem Brandenburgicum respectu finium Pomeranicorum, Stetini 4. Maji 1653. initum, confirmare, allegata ratione, quod illo continerentur varia momenta, de quibus pax Osnabrugensis sileret; Cæsarem instrumentum pacis explicandi autoritatem sibi non arrogaturum; hinc acta comitiis proponenda fore. v. *Resolution.* Cæsar. d. 18. & 28. Jun. 1662. apud Londorp. Tom. Cont. IV. Cap. CLXIV. fol. 868. seq. & 873. sqq.

§. VII.

Oritur hic quæstio: an etiam Deputati, qui alias integrum reipublicæ Romano-Germanicæ corpus re-

præsentare solent, legum publicarum interpretandarum facultate gaudeant. Novissima Capitulatio Art. II. Imperatorem ad exactam legum publicarum observantiam obligans statuit, nunquam licere imperatori recedere a sancitis publicis, nisi Electorum atque Statuum consensum impetraverit vel in Comitiis, vel in conventu Deputatorum: und unter keinerley Vorwand, er sey, wer der wolle, ohne Churfürsten, Fürsten und Stände auff einem Reichs oder Ordinari-Deputations-Tag vorgehende Bewilligung, daraus schreiten. Ex quo forte inferre liceret, de legum publicarum interpretatione statui aliquid posse in deputatorum consessu. Ast, cum a comitiorum ad deputationum autoritatem non semper possimus argumentari, hæque tanquam rivuli ex illo fonte oriundi nobis videantur, eam leges interpretandi vim huic conventui adscribere non audemus, nisi forte a comitiis speciale eo nomine mandatum habeat. Hinc cum a. 1577. Camera deputatis Imperii varia dubia communicasset, inter illa autem essent, quæ legislatoris decisionem requirerent: a Deputatis responsum fuit sequentem in modum, quem ex actis istius deputationis manuscriptis communicabimus: Nachdem auch ein sonderes Schreiben und Bedencken vom Herrn Cammer-Richtern und Beysitzern bey dieser Deputation einkommen, darinnen Ursachen angereget worden, warumb auch in contractu meri mutui von 100. Gulden jährlichs 5. Gulden zu nehmen erlaubt, gleichfalls das auch je erkandt Interesse auf Begehren des gewinnenden Theils auf 5. Gulden von einem jeden 100. Gulden zu erstatten

consti-

constituiret werden möchte. Und aber die Chur- und Fürstliche auch andere Deputirten Stände, Räthe und Gesandten, bey dieser Consultation sich errinnert, daß Ihnen neuere Satzungen in Sachen / so Ihnen nicht anbefohlen / zu machen nicht gebüren will: als haben sie solche Berathschlagung / bis zu gemeiner Reichs-Versammlung einstellen / und daselbst hinweisen müssen ꝛc. conf. Rec. Imperii de A. 1654. §. 191. & 192.

§. VIII.

Restat nunc, ut quæramus, quænam *Circularium conventuum* in legum publicarum interpretatione sit autoritas. Quod ad particulares Circulorum constitutiones attinet, earum interpretatio soli conventui circulari, tanquam legitimo legislatori, erit adscribenda. De universalibus imperii legibus circulares conventus nihil statuere possunt, nisi quod legum sententiæ conveniat. Hinc etiam non ultima Circulorum cura esse solet, ut leges imperii salvas atque sanctas teneant. v. Crayß-Abschied zu Lüneb. d. 9. Octobr. 1563. in quo verba: und nichts desto weniger von etzlichen Räthen für gut und nothwendig angesehen worden, denselben (Crayß) Abschied mit der Reichs-Ordnung zu conferiren: & paulo inferius: Und soll aber mittler weile die Reichs-Ordnung des Land-Friedens und Execution desselben fäst und getreulich gehalten und erfolget werden. Interim hic quoque negotia in legibus publicis tractata distinguenda esse credimus: aliquando enim comitia circulis quarundam rerum

rerum curam singularem & decisionem commendant, cum occurrant negotia, quæ commodius & facilius, quam a quovis circulo, expediri nequeunt: his in casibus pro intentione Imperii & qualitate causæ in interpretando leges publicas Circulorum conventus amplior esse potest auctoritas: ita Propositio in conventu Circulari Brunsvicensi de A. 1654. initium capit: **Als wird zuforderst in** Consideration **kommen, was bey jüngsten Regenspurgischen Reichs-Tage mit gesambten der Churfürsten und Stände Rath entweder beschlossen, und in denen Creyßen zur Würcklichkeit zu befördern, oder auch zu fernern Bedencken, Überlegen und künfftiger Beschlüssung ausgesetzet.** Regulariter autem a generali legum tenore non est recedendum. Exemplum occurrit in actis circularibus d. A. 1652. Luneburgi habitis. Cum enim Legatus Regis Sueciæ in his comitiis circularibus prætenderet, ut vi Art. X. §. 10. quo alternandi jus in directorio inter Magdeburgensem & Bremensem constitutum est, Regi suo prospiceretur, quo in proximo conventu ipsi directoris munere fungi liceret, neque Legati Ducalis Bremensis titulum prius assumere vellet, quam de gerendo directorio certus esset: Magdeburgicus legatus dictam pacis Westphalicæ dispositionem ita interpretari volebat, ut illa non prius locum habere posset, quam cum aliquando domui Brandenburgicæ Archiepiscopatus Magdeburgicus plene possidendus fuisset traditus. Sed Status circulares generalitati pacis Westphalicæ inhærentes conclusum concipiebant: **Daß die Worte des** Instrumenti Pacis **gantz** general **und mehr auff des Hertzogthums Bremen Meynung** inclinirten, **und derowegen des Herrn** Admi-